



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Præscriptionibus aduersus Hæreticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)



Q. SEPTIMII FLOREN-
TIS TERTVLLIANI, DE PRÆ-

SCRIPTIONIBVS ADVERSUS

Hæreticos, Liber.



BORADITO præsentium temporum, etiam hanc admonitionem prouocat nostram, non oportere nos mirari super hæreses istas, siue quia sunt; futuræ enim prænuntiabantur: siue quia fidem quorundam subvertunt; ad hoc enim sunt, vt fi-des habendo tentationem, habeat etiam probationem. Vane ergo & inconsideratè plerique hoc ipso scandalizantur, quod tantum hæreses valeant, quantum sint: quum quid sortitum est, vt omni modo sit, sicut causam accipit ob quam sit, sic vim consequitur per quam sit, ne esse non possit. [5] Februm denique inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus ero-gando homini deputatum, neque quia est miramur, est enim, neque quia erogat hominem, ad hoc enim est. Proinde hæreses ad languorem & intentum fidei productas, si expauescimus, hoc eas posse; prius est, vt expauescamus hoc esse; quæ dum sunt, habent posse, & dum possunt, habent esse. Sed enim februm vt malum, & de causa & de potentia sua, vt notum est, abominatur potius quam miramur, & quantum in nobis est, præcauemus, non habentes abolitionem eius in nostra potestate. Hæreses verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferenteis, malunt quidam mirari quod hoc possint, quam deuitare ne possint: quum habeant deuitandi potestatem. Ceterùm nihil valebunt, si illas tantum valere non mirentur.⁸ Et enim dum mirantur, in scandalum subministrantur: aut quia scandalizantur, ideo mirantur quod tantum valeant, quasi ex aliqua veritate veniant. Mirum scilicet vt malum vires suas habeat: nisi quod hæreses apud eos multum valent, qui in fide non valent. In pugna pugilum & gladiatorum, plerunque non quia fortis est, vincit quis, aut quia non potest vinci, sed quoniam ille qui vicit est, nullis viribus fuit: adeo idem ille vicit benè valenti postea comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses de quorundam infirmitatibus habent quod valent, nihil valentes si in benè valentem fidem incurvant. [9] Solent quidem isti¹⁰ miriones etiam de quibusdam pér-fonis ab hæresi capti, edificari in ruinam. Quare illa vel ille fidelissimi, prudentissimi, & visitatissimi in Ecclesia, in illam partem transferunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi respondet, neque prudentes, neque fideles, neque visitatos estimandos, quos hæreses potuerint demutare? Et hoc mirum (opinor) vt probatus aliquis retrò postea excidat.⁴ Saul bonus præ ceteris, liuore postea eueritur,^b David vir bonus secundum cor Domini;^c postea cædis & stupri reus est.^d Salomon omni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idolatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Dei filio seruabatur si-ne delicto permanere. Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo, si do-ctor, si etiam martyr,^e lapsus à regula fuerit, ideo hæreses veritatem videbuntur obtine-re. Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo sapiens est, nisi fidelis,^f né-mo maior, nisi Christianus: nemo autem Christianus, nisi qui ad finem usque persecuta-^{Matth. 10.} uerit. Tu ut homo extrinsecus vnuquenque nosti: putas quod vides. Vides autem quo-^{a 1. Reg. 10.} usque oculos habes.^g Sed a oculi, inquit, Domini alti.^b Homo in faciem,ⁱ Deus in præ-^{a 4. Efd. 8.}
^{b 1. Reg. 16.}

Kk iiiij

ULLIAN⁹
in statu omnibus
VELLE.

V.
16

Tertulliani de præscriptionib.

390

c. 2. Tim. 2. cordia contemplatur. Et idem cognoscit Dominus qui sunt eius, & d. Plantam quam non d
d. Matth. 15. plantauit pater, eradicat. & e. de primis nouissimos ostendit: & f. palam in manu portat ad
e. Matth. 10. purgandam aream suam. Auolent quatum volent pale leuis fidei quounque afflatu ten-
f. Matth. 3. tationum, eo purior massa frumenti in horrea Domini reponetur. Nonne ab ipso Domi-
i.ean. 6. no quidam discentium scandalizati deuerterunt? Nec tamen propterea ceteri quoque di-
scendum à vestigiis eius putauerunt: sed qui scierunt illum vitæ esse verbum, & à Deo
venisse, perseuerauerunt in comitatu eius usque ad finem: cùm illis, si vellent & ipsi, di-
scendere, placide obtulisset. Minus est si & Apostolum eius, ¹⁹ aliqui ^a Phygelius, & Hes-
a. 2. Tim. 1. bogenes; & ^b Philetus, & Hymenæus reliquerunt: ^c ipse traditor Christi de Apollinis
b. 2. Tim. 2. c. Matth. 26. fuit. Miramur de Ecclesiis eius, si à quibusda deseruntur, quum ea nos ostendunt Chrifti
1. Joan. 2. nos, quæ patimur ad exemplum ipius Christi: Ex nobis, inquit, prodierunt, sed non fue-
CAP. III. runt ex nobis, si fuissent ex nobis, permanissent vtique nobiscum. [20] Quin potius me-
mores simus tam Dominicarum pronuntiationum, quām Apostolicarum litterarum, quæ
nobis & futuras hæreses prænuntiarunt, & fugiendas præfinerunt: vt sicut esse illas non
expauescimus, ita & posse id propter quod fugienda sunt, non mirumur. [21] Instruit Do-
Matth. 24. minus multos esse venturos, sub bellis ouium rapaces lupos. Quænam ista sunt pells
Matth. 7. ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficies? Quif lupi rapaces, nisi sensus & spi-
ritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrinsecus delitescentes? Qui pseudopro-
phetæ sunt, nisi falsi prædicatores? [22] Qui pseudopastori, nisi adulteri euangelizatores? Qui
2. Cor. II. 1. Joan. 2. antichristi interim & semper, nisi Christi rebels? Hoc erunt hæreses non minus do-
tarum peruersitate Ecclesiam lacestantes, quam tunc antichristus persecutionum am-
citate persequitur: nisi quod persecutio & martyras facit, hæresis apostatas tantum. Ita
1. Cor. II. idem hæresis quoque oportebat esse, vt probabiles quique manifestarentur, tam quin
persecutionibus steterint, quām qui ad hæreses non exorbitauerint. [23] Neque enim eos
probabiles intelligi iuvat, qui in hæresim fidem demutant: sicut ex diuero sibi interpre-
1. Thess. 5. tatur, quia dixit alibi: [24] Omnia examinate, quod bonum est tenete. Quasi non licet
C. A. P. V. omnibus male examinatis in electionem alicuius mali impingere per errorem. [25] Por-
rò si dissensiones & schismata increpat, quæ sine dubio mala sunt, & ^d incontinenti hæ-
reses subiungit, quod malis adiungit, malum vtique profiteretur, & quidem maius: cum
1. Cor. II. idem credidisse se dicat, de schismatibus & dissensionibus, quia sciret etiam hæreses oposi-
tere esse. Ostendit enim grauioris mali prospectu de leuioribus se facile credidisse, cen-
non vt idem de malis crediderit, quia hæreses bona essent, sed vt de peioris quoque na-
tæ tentationibus præmoneret non esse mirandum, quas diceret impendere ad probabiles
quosque manifestatos, scilicet quos non potuerint depravare. Denique si totum cap-
tulum ad unitatem continendam, & separaciones coercendas sapit: hæreses vero in
minus ab unitate diuellunt, quām schismata & dissensiones, sine dubio & hæresis
ca conditione reprehensionis constituit, in qua schismata & dissensiones. Ac per hoc
non eos probabiles facit, qui in hæreses deuerterint, [27] quum maximè deuerti ab eis
iusmodi obiurgans, & docens, vnum omnes loqui; & id ipsum sapere, quod etiam ha-
reses non sint. [28] Nec diutius de isto, si idem est Paulus, qui & alibi hæreses in-
C. A. P. V. carnalia crimina enumerat, scribens ad Galatas; & qui Tito suggerit, hominem habu-
Gal. 5. cum post primum correctionem recusandum, quod peruersus sit eiusmodi & delin-
tit. 3. ut à semetipso damnatus. Sed & in ^e omni penè epistola de ^f adulterinis doctrinæ: ^g hæreses dicitur
2. Cor. II. inculcans, hæreses taxat, quarum opera sunt adulteræ doctrinæ: ^h hæreses dicitur
C. A. P. VII. ca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad insituendas, sive ad suscipiens
a. Coloss. 2. quod inducerent, elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus ad-
b. Tit. 3. gnauerunt. Itaque etiamsi angelus de cœlis alter euangelizaret, anathema diceretur a no-
c. 2. Tim. 4. bis. Prouiderat iam tunc spiritus sanctus futurum ⁱ in virgine quadam Philumene ange-
d. 1. Cor. 3. lum seductionis transfigurantem se in angelum lucis, cuius signis & præstigiis Apelles
e. 1. Cor. I. ductus, nouam hæresim induxit. [36] Hæreses sunt doctrinæ hominum & demoniorum,
prudentibus auribus natæ: ^j de ingenio sapientia seculi, quam Dominus studitiam vo-
cans, ^k stulta mundi in confusionem etiam Philosophie ipsius elegit. Ea est enim ma-
teria sapientia secularis, temeraria interpres diuinæ naturæ & dispositionis. Ipse de-

A nique hæreses à Philosophia ³⁸ subornantur. ³⁹ Inde Æones & formæ, nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat. ⁴⁰ Inde Marcionis Deus melior de træquillitate Stoicis venerat. ⁴¹ Et vt anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur. Et vt ⁴² carnis restitutio negetur, de vna omnium Philosophorum schola sumitur, ⁴³ Et vbi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est: ⁴⁴ & vbi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eædem materiæ apud hæreticos & Philosophos voluntur, iidem retractatus implicantur. Vnde malum, & quare? & vnde homo, & quomodo? Et quod proximè Valentinus proposuit, Vnde Deus? ⁴⁵ Scilicet de enthymeri, & cætromate, ⁴⁶ Inferut Aristotelem, qui illos Dialeticam instituit, artificem struendi & destruendi versipellem, in sententiis coactam, in coniecturis duram, in argumentis operariam contentionum, molestatam etiam sibi ipsi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit. ⁴⁷ Hinc illæ fabulae ^{1. Timot. 1.} & genealogiae ⁴⁸ indeterminabiles, & questio[n]es infructuosæ, & sermones serpentes velut ^{Tit. 3.} cancer, à quibus nos Apostolus frenans, nominatum Philosophiam testatur caueri oportere, scribens ad Colossenses: Videte ⁴⁹ ne quis vos circumueniat per Philosophiam & ^{2. Tim. 2.} inanem seductionem, secundum traditionem hominum, præter prouidentiam spiritus sancti. Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam, affectatricem, & interpolatricem veritatis, de congressibus nouerat ipsam quoque in suas hæreses multipartitam ⁵⁰ varietate seculorum inuicem repugnantium. Quid ergo Athenis & Hierosolymis? quid Academiæ & ^B Ecclesiæ? quid hæreticis & Christianis? Nostra institutio ⁵¹ de portico Salomonis est, ⁵² qui & ipse tradiderat: Dominus in simplicitate cordis esse querendum. Viderint qui Stoicum, ^{Sap. 1.} & Platonicum, & Dialeticum, Christianismum protulerunt. ^[53] Nobis curiositate opus ^{CAP. VIII.} non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euagelium. Cum credimus, nihil desideramus vtrâ credere. Hoc enim prius credimus, non esse quod vtrâ credere debeamus. Venio itaque ad illum articulum, quem & nostri prætendunt ⁵⁴ ad ineundam curiositatē, & hæretici inculcant ad importandam curiositatē. Scriptum est, inquit: Quarite, & ^{Matth. 7.} inuenietis. Quando hanc vocem Dominus emisit, recordemur. ⁵⁵ Puto in primitiis ipsis " doctrinæ suæ, cùm adhuc dubitaret apud omnes, an Christus esset. Et cùm adhuc nec Petrus illum Dei filium pronuntiasset, ⁵⁶ cùm etiam Ioannes, de illo certus, esse desisset. Merito ergo tunc dictum est, Quarite & inuenietis, quando querendus adhuc erat, qui adhuc agnitus non erat: & hoc quantum ad Iudeos. Ad illos enim pertinet totus sermo fuggillationis istius, qui habebant vbi quererent Christum. ⁵⁷ Habet, inquit, Moyfen & Helian, id est Legem & Prophetas Christum prædicantes: secundum quod & alibi aperte: ^{Luc. 16.} Sicutamini, inquit, scripturas, in quibus salutem speratis. Illæ enim de me loquuntur. ^{Ivan. 5.} Hoc erit, quarite & inuenietis. Nam & sequentia in Iudeos competere manifestum est, ^{Matth. 7.} Pullate & aperietur ⁵⁸ vobis. Iudei retrò penes Deum fuerat, dehinc cieci ob delicta, extra Deum esse cœperunt. ⁵⁹ Nationes vero nunquam penes Deum, ⁶⁰ nisi stillicidium de fistula, & pulsus ex area; & ⁶² foris semper. Itaque qui foris semper, quomodo pulsabit eo ⁶¹ vbi nunquam fuit? quam ianuam nouit, in qua nec receptus nec cieci aliquando? an qui scit se intus fuisse & foris actum, is potius pulsabit; & ostium nouit? Etiam: Petrite & accipieris, ei competit, qui sciebat a quo esset petendum, à quo & erat aliquid promissum, à Deo scilicet Abraham, Isäac & Iacob, quem nationes non magis nouerant quam ^{Exod. 3.} villam reprobationem eius. Et ideo ad Israël loquebatur: Non sum, inquit, misius, ^{Matth. 15.} ibidem. nisi ad oves perditas domus Israëlis. Nondum canibus iactabat panem filiorum: non ^{Matth. 10.} dum in viam nationum ire mandabat. Siquidem in fine præcepit, vt vaderent ad docendas & tinguendas nationes; consequunti mox spiritum sanctum paracletum, qui illos ^{Matth. 28.} Iohan. 16.

deducturus esset in omnem veritatem. Et hoc erga illos facit. Quid si nationibus defunati doctores Apostoli, ipsi quoque doctorem consequunti erant paracletum; ⁶³ multo magis vacabat erga nos: Quarite & inuenietis: quibus vtrò erat obuentura doctriina per Apostolos, & ipsis Apostolis per spiritum sanctum. Omnia quidem dicta ^{CAP. IX.} Rem. 15.

Domini omnibus posita sunt, quæ per aures Iudeorum ad nos transierunt; sed plerique in personas directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum. ^[64] Cedo nunc sponte de gradu isto: omnibus dictum sit, Quarite & inuenietis: tamen & hic expedit sensus certæ interpretationis gubernaculum. ⁶⁵ Nulla vox diuina ita disoluta est & diffusa, vt verba tantum defendantur, & ratio verborum non constituantur. Sed in primis hoc propono: ⁶⁶ Vnum utique & certum aliquid institutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco querere, vt

ULLIAN,
notati onibus
IBLII.

V
16

Tertulliani de præscriptionib.

392

possint cùm inuenient credere. Vnius porro & certi instituti, infinita inquisitio nō potest esse: quærendum est donec inuenias, & credendum vbi inuenis: & nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper creditur, aliud non esse credendum, id est que requirendum, cùm id inuenies & credideris quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quām quod institutum. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id quod à Christo institutū est.⁶⁷ Interim ex fiducia probationis præuenio, admonens quosdam nihil esse quærendum ultra quod crediderunt, id esse quod querere debuerunt: ne, Quærite & inuenietis, sine disciplina rationis interpretentur. [68] Ratio autem dicti huius in tribus articulis constituit: In re, in tempore, in modo. In re, vt quid sit quærendum consideres. In tempore, vt quando. In modo, vt quo usque. Igitur quærendum est quod Christus instituit, vtique quamdiu non inuenis, & vtique donec inuenias. Inuenisti autem cùm credidisti, nam non credidisses, si non inuenisses, sicut nec quæsiles, nisi vt inuenires. Ad hoc ergo quæris vt inuenias, & ad hoc inuenies vt credas. Omnem præstationem quærendi & inueniendi credendo fixisti, hunc tibi modum statuit fructus ipse quærendi. Hanc tibi fossam determinauit ipse quia te non vult aliud credere, quām quod intuit, id est que nec quærere. Ceterum si quia alia tata ab aliis sunt instituta, propterea in tum quærere debemus, in quantum possumus inuenire, semper quæreremus, &⁶⁹ nunquam omnino credemus. Vbi enim erit finis quærendi? vbi statio credendi? vbi expunctione inueniendi? Apud Marcionem? sed & Valentinus proponit: Quærere & inuenietis. Apud Valentiniū? sed & Apelles hac me pronuntiatione pulsabit, & Hebian, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes, me sibi adducant.⁷⁰ Ero itaque nequam, dum vbiique conuenior: Quærere & inuenietis: & velint me sic effici nūquam, qui qui nunquam apprehēderim illud quod Christus instituit, quod quæreri oportet, quod vidi neceſſe est. [71] Impunè erratur, nisi delinqutatur, quamvis errare delinqueret. Immenē, inquam, vagatur, qui nihil deserit. At enim si quod debui credere credidi, & aliud dnuo puto requirendum, spero vtique & aliud esse inueniendum, nullo modo speratum istud, nisi quia aut non credideram qui videbar credidisse, aut desij credidisse. Ita fidem meam deferens,⁷² negator inuenitor. Semel dixerim, Nemo quærit, nisi qui aut nō habet, aut perdidit.⁷³ Perdidit vnam ex decem didrachmis anus illa, & id est quærebatur vbi men inuenit, quærere desiit. Panem vicinus non habebat, & id est pulsabit: vbi tamē pertum est ei, & vt accepit, pulsare ceſſauit. Vidua à iudice petebat audiri, quia non admittebatur: sed vbi audita est, haec tenus iſtituit. Adeò finis est, & quærendi, & pulsandi, & tendi. Petenti enim dabitur, inquit, & pulsanti aperietur, &⁷⁴ quærenti inuenietur. Viderit qui quærat semper, quia non inuenit. Illic enim quærit, vbi non inuenietur. Viderit qui semper pulsat, quia nunquam aperietur. Illic enim pulsat, vbi nemo est. Viderit qui non inuenit, quia nunquam audietur. Ab eo enim petit, qui non audit. [75] Nobis enim requirendum esſet adhuc & semper, vbi tamen quæreri oportet?⁷⁶ Apud hæreticos: vbi omnium tranea & aduersaria nostra veritati, ad quos vetamur accedere. Quis seruus cibaria ab aliis stibus regibus,⁷⁷ donatiuum & stipendium captat, nisi planè defortor & transfligis & rebelliſ. Etiam anus illa intra tectū suum dragmam requirebat: etiam pulsator ille viciniū nuam tūdebat: etiam vidua illa non inimicum, licet durum, iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, vnde deſtruitur.⁷⁸ Nemo ab eo illuminatur, à quo contentebatur. Queramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro: id quæ duntaxat quod salua regula fidei, test in questionem deuenire. [79] Regula est autem fidei, vt iam hinc quid credamus, sitemur, illa scilicet qua creditur: ⁸⁰ Vnum ^a omnino Deum esse, ^b nec alium praeter misericorditatem; ^c qui vniuersa de nihilo produxerit, ^d per verbum suū primò omnium emisum: Id ^e verbum ^f filium eius appellatum, ^g in nomine Dei variè vīsum Patriarchis, in Prophetis semper auditum, ^h postremò ⁱ delatū ex spiritu Dei patris & virtute in virginem Mariam, ^j carnem factū in utero eius, & ex ea natum hominem & esse Iesum Christum. ^k Exinde prædicasse nouam legem, & nouam promissionem regni celorum, ^m virtutes fidei: ⁿ Fixum ^o cruci, ^p Tertia ^q die resurrexisse: ^r In ^s celos creptum federe ad deum patris: ^t Mississe ^u vicariam vim spiritus sancti qui credentes agat: ^v Venturum ^w cum claritate, ^x ad sumendos sanctos in vita aeterna & promissorum celestium fructum, ^y ad prophanos iudicados igni perpetuo, ^z facta ^{aa} vtriusque partis refusatione cum cat-

CAP. x.

CAP. x.

LUC. 15.

LUC. 11.

LUC. 18.

LUC. 11.

CAP. XII.

2. IOAN. 1.

LUC. 15.

LUC. 11.

LUC. 18.

CAP. XIII.

2. DEUT. 6.

b. ISAI. 40.

c. 2. MATH. 7.

d. IOAN. 1.

e. IBIDEM.

f. GEN. 32.

g. HEBR. 1.

h. MATH. 1.

i. IOAN. 1.

k. MATH. 1.

l. MATH. 4.

m. MATH. 9.

n. MATH. 28.

o. IBIDEM.

p. MARC. 16.

q. ACT. 2.

r. MATH. 24.

s. MATH. 25.

t. IOAN. 5.

A nisi resurrectione. [92] Hæc regula à Christo ut probabitur instituta, nullas habet apud CA. XIII. nos quæstiones, nisi quas haereses inferunt, & quæ haereticos faciunt. Ceterum manente forma eius in suo ordine, quantumlibet quæras & træctes, & omnem libidinem curiositatis effundas, si quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obscuritate obumbrari: est vtique frater aliquis doctoꝝ gratia scientiæ donatus: est aliquis inter exercitatos conuersatus; aliquis tecum curiosus, tecum tamen quarenſ: nouissimè ignorare melius est, ne quod non debeas, noris, quia quod debebas nosti. Fides, inquit, tua te saluum fe- LUC. 18. cit: non exercitatio scripturarum. Fides⁹⁴ in regula posita est: habes legem,⁹⁵ & salutem ex observatione legis: exercitatio autem in curiositate consistit, habens gloriam solam de peritis studio. Cedar curiositas fidei, cedat gloria saluti. Certè aut non obstrepant, aut quiescant aduersus regulam. Nihil ultrà scire, omnia scire est. Ut non inimici effent veritatis haereticī, vt de refugiendis eis non præmoncremūr, quale est conferre cum hominibus, qui & ipsi adhuc se quærere consentunt? Si enim verē adhuc quærunt, nihil adhuc certi deprehenderunt: & ideo quodcumque videntur interim tenere, dubitationem suam ostendunt quandiu quærunt. Itaque tu qui proinde quæraris, spectans ad eos qui & ipsi quærunt, dubius ad dubios, certus ad incertos, cæcus ad cæcos; in foueam deducaris ne- MATTH. 15. celles est.⁹⁶ Sed quum decipiendi gratia prætendunt se adhuc quærere, vt nobis per sollicititudinis iniectionem tractas fūs insinuent: denique vbi adicunt ad nos, statim quæ dicebunt quærenda esse defendant: iā illos sic debemus refutare, vt sciant nos non Christo, sed sibi negotatores esse. Cum enim quærunt adhuc, nondum tenent: cùm autem non tenent, nondum crediderunt. Cum autem nondum crediderunt, non sunt Christiani. At cùm tenent quidem & credunt, quærendum tamen dicunt vt defendant: antequām defendant, negant quod credunt, confitentes se nondum credidisse, dum quærunt. Qui ergo nec sibi sunt Christiani, quanto magis nobis? Qui p̄ fallaciam veniunt, qualem fidem disputatione?⁹⁷ cui veritati patrocinantur, qui eam à mendacio inducunt? [98] Sed ipsi & CA. XV. descripturis agunt, & de scripturis suadent. Aliunde scilicet loqui possent de rebus fidei, nisi ex litteris fidei.⁹⁹ Venimus igitur ad propositum: hoc enim dirigebamus, & hoc premebamus, ad locutionis præfactionem, vt iam hinc de eo congregiamur, de quo aduersarij protocant. Scripturas obtendunt, & hac sua audacia statim quosdam mouent: in ipso vero congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum gradum obstruimus, non admittendos eos ad villam de scripturis disputationem: si haec sunt vires eorum, annē eas habere possint dispici debet, cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eas, cui nullo modo competit.

[100] Hoc de consilio diffidentia, aut de studio aliter in eundæ¹⁰¹ cōstitutionis induxerim, CAP. XVI. nisi ratio constiterit, in primis illa, quod fides nostra obsequium Apostolo debeat,¹⁰² pro 1.Tim. 6. hibenti quæstiones inire, nouis vocibus aures accommodare, haereticum¹⁰³ post vnam Tit. 3.

C correcionem conuenire, non post disputationem. Adeò interdixit disputationem, correcionem designans causam haeretici conueniendi: & hoc vnam, scilicet quia non est Christianus: ne more Christiani, semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus castigandus videretur: cùm ob hoc sit castigandus propter quod non sit cum illo disputandum. MATTH. 18. [104] Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, nisi planè vt aut stomachi CA. XVII. quis ineat euersionem, aut cerebri. Ista¹⁰⁵ haeresis non recipit quafdam scripturas: & si quis recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuerit: & si recipit, non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantum veritati obstrebit adulter sensus, quantum & corruptor stylus. Variæ præsumptiones necessariò nolunt agnoscere ea, per qua reununtur: his¹⁰⁶ nituntur qua ex falso compoſuerunt, & qua de ambiguitate cæperunt. Quid promouebis exercitatissime scripturarum, cùm si quid defendaris, negetur ex diuerso, siquid negareris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentio-

ac: nihil conquereris, nisi bilem de blasphematione. [107] Ille verò, si quis est cuius causa CA. XVIII. in congressum descendis scripturarū, vt cum dubitante confirmes, ad veritatem an magis ad haereses deuerget: hoc ipso motus, quod te videat nihil promouisse¹⁰⁸ a quo gradu negandi & defendendi, diuersa parte statutum: certè de pari altercatione incertior discedet, ne sciens quam haereticū iudicet. Hæc¹⁰⁹ vtique & ipsi habent in nos retorquere. Neceſſe est enim & illos dicere à nobis potius adulteria scripturarū & expositionū mendacia inferri, qui proinde sibi defendat veritatem. [110] Ergo non ad scripturas prouocandum CA. XIX.

ULLIANO
in statu onibus
HEL. II.

V
16

est: nec in his constituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria est, aut pa-
rum certa. Nam et si non ita euaderet conlatio scripturarum, ut vtranque partē parem si-
steret, ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solū disputandum est: Qui-
bus competat fides ipsa, Cuius sint scripturæ: A quo, & per quos, & quādo, & ¹¹¹ quibus sit
tradita disciplina quā sunt Christiani.¹¹² Vbi enim apparuerit esse veritatem discipline &
fidei Christianæ, illic erit veritas scripturarū & expositionum, & omnium traditionū Chri-
stianarum. [¹¹³ Christus Iesus Dominus noster permittat dicere. ¹¹⁴ Interim quisquis est
Christus, cuiuscunque Dei filius, cuiuscunque materiae homo & Deus, cuiuscunque fidei
præceptor, cuiuscunque mercedis promissor. ¹¹⁵ Quid^a esset, quid^b fuisset, quam pati-
voluntatem administraret, quid homini agendū determinaret; quandiu in terris agebat,
ipse pronuntiabat, siue populo palam, siue discentibus seorsum. Ex^c quibus, duodecim
præcipuos lateri suo adlegerat de linatos Nationibus magistros. Itaque^d vno eorum de-
cuso, reliquos undecim regrediens ad patrem post resurrectionē, iussit ire & docere Ne-
tiones,^e tinguendas in Patrem & in Filium & in Spiritū sanctum. ^f Statim igitur¹¹⁷ Apo-
stoli (quos hæc appellari Missos interpretatur) assumpto per sortem duodecimo Matthi
in locu luda, ex^g au^htoritate prophetæ, qua est in Psalmo David, ⁱ confecti promul-
lum spiritus sancti ad virtutes & eloquium, ^j primò^k per Iudæam cōtestata fide in leu-
¹ Psal. 108. Christum, & Ecclesiis institutis,¹¹⁸ deinceps in orbem profecti, eandem doctrinā cōfiden-
^m Act. 1. fidei Nationibus promulgauerūt, & proinde¹¹⁹ Ecclesiæ apud vnamquæ ciuitatem
ⁿ Act. 8. condiderunt, à quibus¹²⁰ traducem fidei & semina doctrinæ, ceteræ exinde Ecclesiæ
9. II. tuatae sunt, & quotidie mutuantur vi Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipse Apostolica depo-
^o Act. 13. tantur, ut soboles Apostolicarū Ecclesiæ. Omne genus ad originem suam censeatur
cessere est. ¹²¹ Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes
Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnam omnes probant unitatem. ¹²² Com-
nicatio pacis, & ¹²⁴ appellatio fraternitatis, & ¹²⁵ cōfesseratio hospitalitatis, quæ iurato-
CAP. XXI. alia ratio regit, quām¹²⁶ eiusdem sacramenti vna traditio. [¹²⁷ Hanc igitur dirigitur
Matth. 10. præscriptionē: Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non effe-
Luc. 10. ciendos prædicatores, quām quos Christus instituit; quia nec alias patrē nouit nisi filii
& cui filius reuelauit, nec aliis videtur reuelasse filius, quām Apostolis quos misit ad præ-
dicandum, vtique quod illis reuelauit. Quid autē prædicauerint, id est, quid illis Christus
reuelauerit, & hic præscribam, non alter probari debere, nisi per easdem Ecclesiæ, quām
2. Thess. 2. Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam¹²⁸ viua (quod aiunt) voce, quam per fi-
stolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omne doctrinam, quæ cū illis Ecclesiæ Apo-
stolicis¹²⁹ matribus & originalibus fidei consiperit, veritati deputādam, id sine dubio-
nentem, ¹³⁰ quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscep-
quā vero omne doctrinam de mendacio præiudicandā, quæ sapiat contra veritatem
fiarū, & Apostolorū, & Christi, & Dei. Superest ergo vt demonstremus, an hæc nos trahit
doctrina, cuius regulā suprà addidimus, de Apostolorum traditione censeatur, & ex hoc
an ceteræ de mendacio veniant. Communicamus cum Ecclesiis Apostolicis, quod in
CAP. XXII. doctrina diuersa, hoc est testimoniu veritatis. [¹³¹ Sed quoniā tam expedita probatio-
vt si statim proferatur, nihil iā sit retractandum, ac si prolatā nō sit à nobis, locū interiordi
mus diuersa parti, si quid putat ad infirmāndā hanc præscriptionē mouere se posse, vige-
lent dicens: non omnia Apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse; in utroque Chrifli-
„ omnia quidē Apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse; in utroque Chrifli-
prehensioni subiiciens, qui aut minus instructos, aut parum simplices Apostolos inten-
Math. 28. Quis enim integræ mentis, credere potest aliquid eos ignorasse,¹³² quos magistros lo-
minus dedit, individuos habitos in comitatu, in discipulatu, in coniunctu, quibus obli-
Matth. 13. quæque seorsim distingebat; illis dicens datum esse cognoscere arcana, quæ populo intel-
Matth. 16. gere non licet: Latuit aliquid¹³⁴ Petrum ædificandæ Ecclesiæ petræ dictum, claves regni
Joan. 21. celorum consecutum, & soluendi & alligadi in ecclis & in terris potestatem? Latuit in
Joan. 13. annem aliquid dilectissimum Domino, pectori eius incubantem; cui soli Dominus Iudei in
Joan. 19. ditorem præmonstravit; quem loco suo filiū Mariæ demadavit? Quid eos ignorasse volu-
Matth. 17. quibus etiam gloriam suam exhibuit, & Moysen, & Heliam, & infuper de ecclis patris so-
Lucus 24. cem? non quasi ceteros reprobas, sed:¹³⁵ quoniam in tribus testibus stabit omne verbum
Ioan. 16. Ignorauerunt itaque & illi, quibus post resurrectionem quoque in itinere omnes scrip-
ras ediscere dignatus est. Dixerat planè aliquando: Multa habeo adhuc vobis logi-
ridi

A sed non potestis modò ea sustinere, tamen adiiciēs: Cūm venerit ille spiritus veritatis, ipse vos deducet in omnem veritatem: ostendit illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem consecuturos per spiritum veritatis repromiserat; & vtique impleuit re promissum, probantibus Aetis Apostolorum descendū spiritus sancti.¹³⁶ Quam scripturam qui non recipiunt, nec spiritum sanctum possunt agnoscere dissentibus missum, sed nec Ecclesiam sed dicant defendere, qui quādo, & quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent. Tanti enim est illis non habere probationes eorum quæ defendunt, ne pariter admittantur¹³⁷ traductiones eorum quæ mentiuntur. [¹³⁸] Proponunt ergo ad fug- CA.XXIII.

gillandam ignorantiam aliquam Apostolorum; quod Petrus & qui cum eo erant, reprehē- Gal. 2.

hensit sīnt à Paulo. Adeo inquit, aliquid eis defuit, vt ex hoc etiam illud struant, potuisse “ postea pleniorē scientiam superuenire, qualis obuenierit Paulo reprehendenti anteces- “ fores. Possumus & hīc Acta Apostolorum repudiātib⁹ dicere: Prius est vti ostendatis ^{Act. 9.} quis iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus:¹³⁹ quatenus & alias ad quæstiones plurimū eo vtuntur. Neque enim, si ipse se Apostolum de persecutore pro- Gal. 1.

ficeret, sufficit vñicuique¹⁴⁰ examinatē credenti; quando nec Dominus ipse de se testimoniū dixerit. Sed credant sine scripturis, vt credant aduersus scripturas: tamen doceant ex eo, quod allegant Petrum à Paulo reprehensum, aliam Euangeli⁹ formam à Paulo superinductam, cītra eam quam p̄m̄serat Petrus & ceteri. Atquin demūtatis in prædicatorem ^{Act. 9.}

B quād Apostolis fidem induerant. Dehinc, sicut ipse enarrat, ascendit Hierosolymam co- Gal. 2.

gnoscendi Petri causa, ex officio & iure scilicet eiusdem fidei & prædicationis. Nam & illi non essent admirati de persecutore factum prædicatorem, si aliquid contrarium prædicarēt; nec Dominum præterea magnificassent, quia aduersarius eius Paulus obuenierat. Ita- Gal. 9.

que & dexteram ei dederunt signum concordia & convenientia: & inter se distributio- Gal. 2.

nem officij ordinauerunt, non separationem Euangeli⁹: nec vt aliud alter, sed vt aliis alter prædicaret, Petrus in circuncisionem, Paulus in Nationes. Ceterū si reprehensus est Pe- Gal. 2.

tus, quod cūm conuixisset ethnici, postea se à conuictu eorum separabat personarum re- spectu: vtique conuerterationis fuit vitium, non prædicationis.¹⁴¹ Non enim ex hoc alius Deus quām creator, & alius Christus, quām ex Maria, & alia spes quām resurrectio annun- CA.XXIII.

tibatur. [¹⁴²] Non mihi tam benē est, immō non mihi tam malē est,¹⁴³ vt Apostolos committam. Sed quoniam peruerissimi isti illam reprehensionem ad hoc obtendunt, vt 1.Cor. 9.

subiectam faciant doctrinam superiorē, respondebo quasi pro Petro: ipsum Paulum di- xisse, factum se omnibus esse omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæum, vt om- nes lucifigaret. Adeo pro temporibus & personis & causis quādam reprehendebant, in quæ & ipsi & quæ pro temporibus & personis & causis committebāt: quemadmodum si & Petrus reprehenderet Paulum, quod prohibens circuncisionem, circunciderit ipse Timo- Act. 16.

theum. Viderint qui de Apostolis iudicant. Benē quod¹⁴⁴ Petrus Paulo & in martyrio ad Gal. 6.

sequatur.¹⁴⁵ Sed & si in tertium usque eccl̄um eruptus Paulus & in paradisum delatus au- Act. 16.

dit quādam illic, non possunt videri ea fuisse, quæ illum in aliam doctrinam instruētorem 2.Cor. 12.

præfacent, cūm ita fuerit conditio eorum, vt nulli hominum proderentur.¹⁴⁶ Quod si ad alienius conscientiam manauit nescio quid illud, & hoc se aliqua hæresis sequi affirmat, aut Paulus secreti proditi reus est, aut & alius postea in paradisum eruptus debet ostendi, cui permisum sit eloqui, quæ Paulo mutare non licuit. [¹⁴⁷] Sed, vt diximus, eadem de CAP.XXV.

mentia est, cūm confitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se prædi- “ “ “

casse, sed non omnia volunt illos omnibus reuclassem: quādā enim palam, & vniuersis: quā- “ “ “

dam secreto, & paucis demandasse: quia & hoc verbo usus est Paulus ad Timotheum: “ “ “

O Timothee, depositum custodi. Et rursum: Bonum depositum custodi. Quod hoc 2.Tim. 1.

depositum est, tam tacitum, vt alterius doctrinæ deputetur? An illius denuntiationis, Ibidem.

de qua ait:¹⁴⁸ Hanc denuntiationem commando apud te filiole Timothee. Item illius 1.Tim. 1.

præcepti, de quo ait: Denuntio tibi ante Deum,¹⁴⁹ qui viuificat omnia, & Iesum Christum, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt custodias præcep- 1.Tim. 6.

ptum. Quod autem præceptum, quæ denuntiatio, ex supra & infra scriptis intelligetur, non nescio quid sub ostendi hoc dicto de remotione doctrina, sed potius inculcat de non admittenda alia præter eā, quam audierat ab ipso: & puto¹⁵⁰ corā multis, inquit, testibus. 2.Timot. 2.

Quos multos testes si nolunt Ecclesiā intelligi, nihil interest quomodo nihil tacitū fuerit, Ibidem.

quod sub multis testibus proferebatur. Sed nec quia monet illū: hæc fidelibus hominibus Ibidem.

ILLIAN,
in statu onibus
VELI,

V
6

Tertulliani de præscriptionib.

396

demandare, qui idonei sint & alios docere, id quoque argumentum occulti alicuius Euangelij interpretandum est. Nam & cùm dicit Hæc, de eis dicit, de quibus in præsenti scribatur: de oœcūltis autem vt de absentibus apud conscientiam, non hæc, sed illa dixit.
C. xxvi. [151] Porrò consequens erat, ut cui demandabat Euangelij administrationem, non paucum inconsideratè administratam adiiceret, secundum Dominicam vocē, ne margaritam porcis, & sanctum canibus iactaret. Dominus palam edxit, sine vlla significatiōne alicuius
Matth. 7. taciti sacramenti; ipse præceperat: si 152 quid in tenebris & in abscondito audirent, in luce
Matth. 10. & in teatris prædicarent. Ipse per similitudinem præfigurauerat: ne 153 vnam manam, id est, vnum verbum eius, sine fructu in abdito referuerent. Ipse docebat lucernam 154 non sub modio abstrui solere, sed in candelabrum constitui, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Hæc Apostoli aut neglexerunt, aut minimè intellexerunt, si non adimpluerunt, abfidentes aliquid de lumine, id est, de Dei verbo, & Christi sacramento. Neminem quod libenter verebantur, non Iudeorum vim, non ethnicorum: quo magis 155 vtique in Ecclesia libertate prædicabant, qui in synagogis & in locis publicis non tacebant: immo neque Iudeos conuertere, neque ethnicos inducere potuissent, nisi quod credi ab eis volebat, ordine exponerent. Multo magis iam creditibus Ecclesiis nihil subtraxissent, quod aliis paucis somnum demandarent: quanquam et si quædam inter domesticos, vt ita dixerim, differebant non tam ea fuisse credendum est, quæ aliam regulam fidei superducerent, diuersem & contrariam illi, 156 quam catholicæ in medium proferebant: 157 vt alium Deum in Ecclesia dicerent, alium in hospitio: & aliam Christi substantiam designarent in aperto, aliam in secreto: & aliam spem resurrectionis apud omnes annuntiarent, aliam apud paucos: cum ipsi obsecrarent in epistolis suis: vt idipsum & vnu loquerentur omnes, & non esse fidem & dissensiones in Ecclesia, quia sive Paulus, sive alij, eadem prædicarent. Alioquin meminerant: Sit sermo vester: est: non: non: quod amplius, hoc à malo est, ne scilicet Evangelium in diuersitate tractarent. [158] Si ergo incredibile est, vel ignorasse Apostolos plenitudinem prædicationis, vel nō omnem ordinem regulæ omnibus addidisse, videtur ne forte Apostoli quidem simpliciter & plenè, Ecclesia autem suo viro altera accepti quædam Apostoli proferebant. Omnia ista scrupulositas in citamenta inuenias pretendi hæreticis. Tenent correptas ab Apostolo Ecclesiæ, O insensati Galatae, quis vos fallitur? & 159 Tam benè currebatis, quis vos impediuit: ipsumque principiū: Miro quid dictum citò transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam, ad aliud Euangelium. Item ad Corinthios scriptum, quod essent adhuc carnales qui laeti educarentur, nondum idonei ad pabulum; qui putarent se scire aliquid, quando nondum scirent, quemadmodum sciropuererent. Cum correptas Ecclesiæ opponunt, credant emendatas. Sed & illas recognoscunt, de 160 quarum fide & scientia & conuersatione Apostolus gaudet, & Deo gratias agit.
Ephes. 1. tamen hodie cum illis correptis vnius institutionis iura commiscent. [161] Age ac
Philip. 1. C. xxviii. Omnes errauerint, deceptus sit & Apostolus de testimonio reddendo quibusdam
Iohann. 14. respexerit spiritus sanctus vti eam in veritatem deduceret; ad hoc missus a Christo, adhuc 162 postulatus de patre, vt esset doct̄or veritatis: neglexerit officium Dei vilius, Christifilius, finens Ecclesiæ aliter interim intelligere, aliter credere, quædam ipse per Apostolos prædicabat. Equid verisimile est, vt tot ac tantæ in vnam fidem errauerint? Nullus multos euentus est vnu exitus: variasse debuerat error doct̄rinæ Ecclesiæ. Ceterum quod apud multos vnum inueniunt, non est erratum, sed traditum. Audeat ergo deo dicere illos errasse qui tradiderunt? [163] Quoquo modo sit erratum: tam diu ignorauit error, quædam diu hæreses non errant. Aliquos Marcionitas & Valentianos horanda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot milia milium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes metu charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot demum martyria perperam coronata. Aut si nec perperam nec in vacuū, quale est vt ante res Dei current, quædam cuius Dei notum esset? antè Christiani, quædam Christus inuenient, hæreses, quædam vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit: postmodum, similitudo succedit. Ceterum satis ineptum, vt prior in doctrina hæresis habeat, vel quoniam ipsa est quæ futuras hæreses & cauendas prænuntiauit. Ad eius doctrinam Ecclesiæ scriptum est, immo ipsa doctrina ad Ecclesiæ suam scribit: Et si angelus de celo nauclerus, Stoæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonicae sectator? Nam confitit illi

A¹⁶⁵ neque adeo olim fuisse, Antonini ferè Principatu, & in¹⁶⁶ Catholicam primò doctrinā credidisse apud Ecclesiam Romanensem, donec¹⁶⁷ sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitabant, semel & iterum electi, Marcion quidem¹⁶⁸ cum ducentis sacerdotiis suis quæ¹⁶⁹ Ecclesiæ intulerat,¹⁷⁰ nō uissimè in perpetuum discidium relegati, venena doctrinarū suarum disseminauerūt. Postmodum Marcion pœnitentiam confessus,¹⁷¹ cùm cōditioni data sibi occurrit,¹⁷² ita pacem recepturus, si ceteros quoque quos perditioni eruditif, Ecclesiæ restitueret, morte præuentus est (oportebat enim hæreses esse) nec tamen ideo bonum hæreses, quia esse *1. Cor. ii. 14.* cas oportebat: quasi non & malum oportuerit esse. Nam & Dominū tradi oportebat, sed *Marc. i. 14.*

væ traditor: ne quis etiam hinc hæresim defendat.¹⁷³ Si & Apellis stemma retractandum est, tam non vetus & ipse quam Marcion institutor & præformator eius: sed lapsus in foeminañ desertor¹⁷⁴ continentia Marcionensis, ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam fecerit. Inde post annos regressus non melior, nisi tantum quæ iam non Marcionites, in alteram feminam impegit, illam virginem Philumenen (quam suprà ædidiimus) postea vero immane prostibulū & ipsam,¹⁷⁵ cuius energemate circuuentus, quæ ab ea didicit¹⁷⁶ Phaneroscīs scripsit. Adhuc in seculo supersunt qui meminerint eorum, etiam proprij discentes & successores ipsorum, ne posteriores negare possint. Quanquam & de operibus suis, *Math. 7.* vt dixit Dominus, reuinçuntur.¹⁷⁷ Si enim Marcion nouum Testamētū à vetere separauit, posterior est eo quod separauit, quia separare non posset, nisi quod vnitum fuit: vnitum ergo ante quām separaretur, postea factum separatum, posteriore ostendit separatorem. Item Valentinus, aliter exponentis & sine dubio emendans hoc nomine, quicquid emendat, vt mendosum rerrò alterius fuisse demonstrat. Hos vt insigniores, & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Ceterū &¹⁷⁷ Nigidius nescio qui & Hermogenes, & multi alij adhuc ambulant peruerentes vias Dei. Cupi ostendant mili, ex qua auctoritate prodierunt. Si alium D̄cum prædicant, quomodo eius Dei rebus & litteris & nominibus vntunt aduersus quem prædicant: si eundem, quomodo aliter?¹⁷⁸ Probent se nos Apostolos esse: dicant Christum iterū descendisse, iterum ipsum docuisse, iterum crucifixum, iterū mortuum, iterum resuscitatū: sic enim Apostolos solet facere, dare illis præ^{Marc. 16.} terea virtutem, eadem signa ædendi, quæ & ipse. Volo igitur & virtutes eorum proferre, nisi quid agnoscō maximā virtutem eorum, qua Apostolus in peruersum æmulantur. Illi¹⁷⁹ enim de mortuis viuis faciebant, isti de viuis mortuos faciunt. [Sed¹⁸⁰ ab excessu, *CA. xxxi.* reuertar ad principalitatem veritati, & posteritatem mendacitati deputandam, ex illius quoque parabolæ patrocinio, que bonum semen frumenti à Domino seminatum pri^{Matth. 13.} mo constituit,¹⁸¹ auenarum autem sterilis fœni adulterium ab inimico diabolo postea superducit. Propriè enim doctrinā distinctionem figurat, quia & alibi verbum Dei semi^{Luc. 8.} nū similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur,¹⁸² id esse Dominicum & verum, quod fit prius traditum: id autem extraneum & falsum, quod sit posterius immisum. Ea sententia manebit aduersus posteriores quaque hæreses, quibus nulla constantia de conscientia cōpetit ad defendendam sibi veritatem. [¹⁸³ Ceterū si quæ audēt interserere se atati A-^{CA. xxxii.} postolice, vt ideo videantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt: possumus dicere: Edant ergo origines Ecclesiæ suarum: euoluāt ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio recurrentem, vt primus illi Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseverauerint, habuerit auctōrem & antecellō. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicae¹⁸⁴ census suos deferunt: ¹⁸⁵ sicut Smyrnaeum Ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert: ¹⁸⁶ sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde vtique & ceteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolicī seminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam iniicitum est: sed eti cōfinxerint, nihil promouebunt. Ipla enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque Apostoli alicuius auctōris est: neque Apostolici: quia sicut Apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici non cōtraria Apostolis cōdidissent, nisi illi qui ab Apostolis descierunt, & alitep prædicauerunt. Ad hāc itaque formam prouocabuntur illis Ecclesiæ, quæ licet nullum ex Apostolis vel Apostolicis auctōre suum proferant, vt multo posteriores, quæ denique quotidie instituuntur: tamē in eadē fide cōspirantes, nō minus Apostolicæ deputantur pro consanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreses¹⁸⁷ ad utramque formā nostris Ecclesiis prouocatæ, probent se quaque

JILLIAN
in statu omnibus
VELLI,

V
16

putant Apostolicas. Sed adeò nec sunt, nec possunt probare quòd non sunt: nec recipiuntur in pacem & in communicationem ab Ecclesiis quoquo modo Apostolicis;¹⁸⁸ scilicet C. xxxiii. ob diuersitatem sacramenti, nullo modo Apostolicæ. [¹⁸⁹ Adhibeo super hæc, ipsatum doctrinarum recognitionem, quæ tunc sub Apostolis fuerunt, ¹⁹⁰ ab iisdē Apostolis & demonstratae & cieratae.¹⁹¹ Nam & sic faciliter traducentur: dum aut iam tunc sufficere deprehenduntur, aut ex illis quæ iam tunc fuerunt, semina sumpsisse.¹⁹² Paulus in prima ad Corinthios epistola, notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducorum: partem eius usurpat Marcion, & Apelles, & Valentinus, & si qui alii resurrectione carnis infringunt. Ad Galatas scribens, inveniuntur in obseruatoribus & defensores circumscriptio[n]is & legis. Hebionis hæresis est. Timotheum instruens, nuptiarum quoque interdictio[n]es suggerit: Ita instituit Marcion, & Apelles eius secutor. Aequè tangit eos, qui dicent factam iam resurrectionem: id de fide Valentini adseuerant. Sed & cū genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur: apud quem¹⁹³ Aenone ille nescio, qui¹⁹⁴ non & non viuis nominis, generat è sua Charite Sensem & Veritatem: & hi aequè procreat duos, Sermōnem & Vitam. Dehinc & isti generant Hominem & Ecclesiam: de qua prima ogoade æonum exinde decem alij, & duodecim reliqui æones, miris nominibus omnatur, in meram fabulam triginta æonū. Idem Apostolus cūm improbat elementis fœtūtis, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natā introducens, Deo non nato tam comparat, & ita matrem elementorum deam faciens, potest ei seruire quam Deo comparat.¹⁹⁵ Ioannes vero in Apocalypsi idolothyta edētes & stupra committentes iubetur cœstigare: Sunt & nunc alij Nicolaitæ,¹⁹⁶ Caiana hæresis dicitur. At in epistola eos maxime antichristos vocat, qui Christum negarent in carne venisse, & qui non putarent Iesum filium Dei: illud Marcion, hoc Hebion vindicavit. Simonianas autem Magia discipulæ Coloss. 2. ¹⁹⁷ angelis seruiens, vtique & ipsa inter idolatrias deputabatur, & à Petro Apostolo in Act. 8. ipso Simone damnabatur. [¹⁹⁸ Hæc sunt, vt arbitror, genera doctrinarum adulterorum, quæ sub Apostolis fuisse ab ipsis Apostolis discimus: & tamen nullam inuenimus institutionem, inter tot diuersitates peruersitatum, quæ de Deo creatore vniuersorum controuersiam mouerit.¹⁹⁹ Nemo alterum Deum auctor est suspicari: facilius de filio quin de patre hæstabatur, donec Marcion præter creatorem alium Deum solius bonitatis interceret: Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deum legis & Israëlis, illum igneum affirms: Valentinus æonas suos spargeret, & viuis æonis viri in originem deduceret Dei creatoris. His solis & his primis reuelata est veritas de uinitatis, maiorem scilicet dignationem & plenioram gratiam à diabolo cōsecutis,²⁰⁰ quæ Deum sic quoque voluerit æmulari, vt de doctrinis venenorū, quod Dominus negat, ipse faceret discipulos super magistrum. Eligant igitur sibi tempora vniuersal[er] hæresis quando fuerint, dum non interlit quæ quando, dum de veritate non sint: vtique quæ Apostolis non fuerunt, eas dicere fuisse non possunt. Si enim fuissent, nominaretur & ipsa coercenda. Quæ vero sub Apostolis fuerunt, in sua nominatione damnantur. Siue ergo eadem nunc sunt²⁰¹ aliquanto expoliiores, quæ sub Apostolis rudes, habent suam exinde damnationem: siue aliae quidem illæ fuerunt, alij autem postea obornt, & quasdam ex illis opiniones usurpauerunt,²⁰² habendo cum eis consortium prædicantis, habeant necesse est etiam consortium damnationis: præcedente illo fine supradicto posteritatis, quo eti si nihil de damnatiis participarent, de cunctate sola præjudicarentur, ut magis adultera, quanto nec ab Apostolis nominata. Vnde firmius constat has effigies hæreses omnes, siue quæ posteræ, siue quæ coætanæ Apostolorum, dum modò diuersæ siue generaliter siue specialiter notatae ab eis, dummodò prædamnatae; audeant recipere & ipsæ aliquas eiusmodi præscriptiones aduersus nostram disciplinam. Si enim negantur reuincuntur: & ostendere simul vbinam querenda sit veritas, quam apud illas monitiones iam constat. Posterior nostra res non est, immo omnibus prior est:²⁰⁴ hoc erit testimoniū veritatis vbiique occupantis principatum. Quod ab Apostolis non damnatur, immo defenditur: hoc erit indicium proprietatis.²⁰⁵ Quam enim damnant, quasi extraneo voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuae, percurre Ecclesiæ Apostolorum.²⁰⁶ apud quas ipsæ adhuc cathedral[er] Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas

A ipse²⁰⁸ authenticæ litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, & repræsentantes faciem vniuersitatisque.²⁰⁹ Proximè est tibi Achaia, habes Corinthum. Si non²¹⁰ longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theffalonicenses. Si²¹¹ potes in Asiam tendere, habes Ephesum; si²¹² autem Italæ adiaces, habes Romanos, vnde nobis quoque auctoritas præfato est. Statu²¹³ felix Ecclesia,²¹⁴ cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus passioni Dominiæ adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi²¹⁵ Apostolus Ioannes postea quam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africaniis quoq; Ecclesiis contulerat. Vnum Deum nouit creatorem vniuersitatis, & Christum Iesum ex virgine Maria filium Dei creatoris, & carnis resurrectionem: Leges & Prophetas, cu Euangelicis & Apostolicis litteris miscet, & inde potat fidem eam²¹⁶ aqua signat, sancto spiritu vestit, Eucharistia perficit,²¹⁷ martyrio exhortatur, & ita aduersus hanc institutionem neminem recipit. Haec est institutio, non dico iam, quæ futuras hæreses prænuntiabat, sed de qua hæreses prodierunt. Sed tu si fure^{1. Iohann. 2.} rint ex illa, ex quo sicut sunt aduersus illam. Etiam de olio nucleo mitis & opima & necesse faria aper olalter exoritur, etiam de²¹⁸ papauere sici gratissimæ & suauissimæ, ventosa & vano caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructificauerunt, non nostræ: degeneres veritatis grano & mendacio sylvestres. [219] Si haec ita se habent, ut veritas nobis adiudicetur, quicunque in ea regulâ incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit, constat ratio propositi nostri, definitis non esse admittendis hereticos ad in eundam de scripturis prouocationem, quos²²⁰ sine scripturis probamus ad scripturas non pertinere. Si²²¹ enim heretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo quod de sua electione sectari hæreticorum nomine admittunt. Ita non Christiani nullum ius cipiunt Christianarum litterarum, ad quos meritò dicendum est, qui estis quando, & vnde venistis?²²² quid in meo agitis? non mei? quo denique Marcion ure syluam meam cædis? qua licentia Valentine fontes meos transuertis? qua potestate Appelles limites meos cōmoues? Mea est possessio. quid hic ceteri ad voluntatem vestram semi-natis & pacitis? Mea est possessio, olim possedeo, prior possedeo,²²³ habeo origines firmas, ab ipsis auctoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita tenco. Vos certè ex hæredauerunt semper & abdicauerunt, ut extraneos, ut inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apostolis heretici, nisi ex diueritate doctrinæ, quam vnuquisque de suo arbitrio, aduersus Apostolos aut protulit, aut recepit? [Illi²²⁴ igitur & scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est, ubi diuersitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propositum aliter docendi, os necessitas coegerit aliter disponendi instrumentum doctrinæ. Alias enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent per quæ docerent hæresim. Sicut illis non potuisset succedere corruptela doctrinæ sine corruptela instrumentorum eius, ita & nobis integritas doctrinæ non competit, sine integritate corum, per quæ doctrina tractatur. Etenim C quid contrarium nobis in nostris? quid de proprio intulimus, ut aliquid contrarium ei & in scripturis deprehensem,²²⁵ detractione, vel adiectione, vel transmutatione remediarum? Quod sumus, hoc sunt. Ab initio suo ex illis sumus, antequam nihil aliter fuit quam sumus. Quid denique fuit antequam à nobis²²⁶ interpolarentur? Cum autem omnis interpolatio posterior credenda sit,²²⁷ veniens vtique ex causa æmulacionis, que neque prior neque domestica est eius vnuquam quod æmulatur, tam incredibile est sapienti cuique, vt nos adulterum stylum intulisse videamus scripturis, qui sumus à principio & primi, quam illos non intulisse qui sunt & posteri & aduersi. Alius manu scripturas, aliis sensu expositiones interuerit.²²⁸ Neque enim si Valentinus integro instrumento vt videtur, non callidiore ingenio, quam Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exerce^{Ephes. 6.} & palam machera, non stylo vñus est: quoniam ad materiam suam cædem scripturarum conficit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam scripturas, sed materiam ad scripturas excogitauit: & tamen plus abstulit, & plus adiecit, auferens proprietates singulorum quoque verborum, & adiiciens dispositiones non comparentiū rerum. [229] Hæc C. xxxix. funtingenja de²³⁰ spiritualibus nequitæ, cum quibus luctatio est nobis fratres; meritò^{1. Cor. II.} contemplanda fidei necessaria, vt electi manifestentur, vt reprobi detegantur. Et ideo habent vim & excogitandis intruendisque erroribus felicitatem: non adeò mirandam, quasi difficilem & inexplicabilem, cum de secularibus quoque scripturis exemplum praefato sit eiusmodi facilitatis.²³¹ Vis hodie ex Vergilio fabulam, in totum aliam, com-

JULIAN,
in statu omnibus
ELLI.

V
6

Tertulliani de præscriptionib.

400

poni materia secundum versus, versibus secundū materias concinnatis.²³² Denique Ouidius Geta Medeam tragediam ex Vergilio plenissimè exprefit.²³³ Meus quidam propinquus ex eodem poëta, inter cetera stylū sui otia Pinaçem Cebetis explicuit.²³⁴ Homericontonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera²³⁵ more centario ex multis hinc inde compositis in vnum faciunt corpus. Et²³⁶ vtique secundior diuina litteratura ad facultatem cuiuscunque materiae. Nec periclitor dicere, ipsas²³⁷ quoque scripturas sic esse ex Dei voluntate dilpositas, vt hæreticis materias subministrarent,
vbi supra. CAP. x. L. cum legam: oportere hæreses esse, que sine scripturis esse non possent. [Sed²³⁸ quaritur, à quo intellectus interpretetur, eorum quæ ad hæreses faciat? A diabolo scilicet, cuius sunt partes interuertendi veritatem, qui²³⁹ ipsas quoque res sacramentorum diuinorum, in idolorū mysteriis simulatur. Tinguat²⁴⁰ & ipse quosdā, vtique credentes & fideles suos:²⁴¹ expiationem delictorū de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat²⁴² Mithra: ²⁴³ signat illi in frōtibus milites suos,²⁴⁴ celebrat & panis oblationem, &²⁴⁵ imaginē resurrectionis inducit, & sub²⁴⁶ gladio redimit coronā.²⁴⁷ Quid²⁴⁸ quod & summum Pontificem²⁴⁹ in nuptiis statuit:²⁴⁹ Habet & virgines, habet & continentes? Ceterū si²⁵⁰ Numa Pompili superstitiones revoluamus, si sacerdotalia officia, insignia, & priuilegia, si sacrificia misteria, & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorum, ac piaculorū & votorum curiositas consideremus,²⁵¹ nōn manifestè diabolus morositatē illam Iudaicæ legis imitatus est. Qui ergo ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam amulanter affectavit exprimere in negotiis idolatriæ, vtique & idem & eodem ingenio gesti, & potius instrumenta quoque diuinarum rerū &²⁵² sanctorū Christianorum, senium de semibugis, verba de verbis, parabolæ de parabolis, prophanae &²⁵³ simulacra fidei atterperare. Erat, neque à diabolo immissa esse spiritalia nequitiae, ex quibus etiam hæreses veniunt, dubitate quis debet; neque²⁵⁴ ab idolatria distare hæreses, quum & auctoris & operis similitudine sint, cuius & idolatria. Deum aut fingunt alium aduersus creatorem, aut si unicum creatorem confituntur, aliter eum differunt, quām in vero est. Itaque omne mendacium quod CAP. xli. de Deo dicunt, quodammodo genus est idolatriæ. [²⁵⁵ Non omittā ipsius etiam conversationis hæreticæ descriptionē, quām futilis, quām terrena, quām humana sit, sine gravitate, sine auctoritate, sine disciplina, vt fidei suæ congruēs. In primis²⁵⁶ quis catechumnus, quis fidelis, incertum est: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam ethice Matth. 7. si superuererint, sanctū canibus, & porcis margaritas, licet non veras, jaetabant. Similitatem volunt esse prostrationem disciplinæ, cuius penes non curam lenociniū vocantem²⁵⁷ quoque passim cum omnibus miscet. Nihil enim interest illis, licet diuersa tractibus, dum ad vnius veritatis expugnationē conspirent.²⁵⁸ Omnes tumēt, omnes (scilicet) pollicentur.²⁵⁹ Ante sunt perfetti catechumeni, quām edocti. Ipsæ²⁶⁰ mulieres hæreticæ quām procaces, quæ audeant docere, contēdere,²⁶¹ exorcismos agere,²⁶² curationes promittere,²⁶³ forsan & tinguere. Ordinationes eorum temerarie, leues, inconstantes,²⁶⁴ nunc neophytes conlocant,²⁶⁵ nunc seculo obstrictos, nunc²⁶⁶ apostatas nolentes,²⁶⁷ gloria eos obligat, quia veritate nō possunt. Nusquam facilius proficitur, quām in cattivo bellū, vbi ipsum esse illuc, promereri est.²⁶⁷ Itaque alius hodie Episcopus, cras alias²⁶⁸ die Diaconus,²⁶⁹ qui cras Lector,²⁷⁰ hodie Presbyter, qui cras Laicus.²⁷¹ Nā & Laicis cerdotalia munera iniungunt. [²⁷² De verbi autem administratione quid dicam? hoc sit negotiū illis, non ethnicos conuertendi, sed nostros cuertēdi? hanc magis gloriam captant, si stantibus tuinam, non si iacentibus eleuationem operentur: quoniam & ipsius opus eorum non de suo proprio ædificio venit, sed de veritatis destructione. Nostra infideli sunt, vt sua ædificient. Adime²⁷³ illis Legem Mosi, & Prophetas, & creatorem Deum, curationem eloqui non habent. Ita sit vt ruinas facilius operentur stantium ædificationem, quām exstructionis iacentium ruinaram. Ad hæc solummodo opera humiles, & blandi. Et hoc est quod schismata apud hæreticos ferē non sunt: quia cūm sint, nō pārent schismata; est enim virtus ipsa. Mentior si non etiam à regulis suis variant inter se, dū vnuſquisque proinde arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodū de suo arbitrio ea cōponit ille qui tradidit. Agnoscat naturam suam, & originis sua morem, profectus rei. Idem licuit Valentinius quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio suo fidem innovare. Donec penitus inspectæ hæreses omnes in multis cum auctoris suis dissidentes comprehenduntur.²⁷⁵ Plerique nec Ecclesiæ habent, sine matre, sine sede, orba fide, extorsione,

A quasi sibi latè vagantur. [276] Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quamplutibus, ²⁷⁷ cum Circulatoribus, ²⁷⁸ cum Astrologis, ²⁷⁹ cum Philosophis, curiositati felicit deditis. Quærite & inuenietis, vbiique meminerunt. Adeò & de genere conversationis qualitas fidei æstimari potest: ²⁸⁰ doctrinæ index disciplina est. ²⁸¹ Negant Deum timendum. Itaque libera sunt illis omnia & soluta. Vbi autem Deus non timerur, nisi vbi non est? Vbi Deus non est, nec veritas vlla est. Vbi veritas nulla est, merito & talis disciplina est. At vbi Deus, ibi metus in Deum, qui est initium sapientie. Vbi metus in Deum, ibi grauitas honesta, & diligentia adtonita, & cura sollicita, & ²⁸² adlectio explorata, & communicatio deliberata, & ²⁸³ promotoio emerita, & subiectio religiosa, & ²⁸⁴ apparitio deuota, & ²⁸⁵ processio modesta, & Ecclesia vnita, & Dei omnia. [286] Proinde hæc C. XLIII.

B apud nos testimonia disciplinae ad probationem veritatis accedunt: à qua deuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij: quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal afare, reddentes rationem, in primis ipsius fidei. Quid ergo dicent? ²⁸⁷ qui illam stu-
prauerint adulterio hæretico, virginem traditam à Christo? Credo allegabunt, nihil unquam sibi ab illo vel ab Apostolis cius, de laus & perueris doctrinis futuris prænuntiationum, & de cauendis abominandisque præceptum. ²⁸⁸ Agnoscent suam potius culpam quām suorum, qui nos non antea præstruxerunt. ²⁸⁹ Adiiciunt præterea multa de auctoritate cuiusque doctrinis hæretici, illos maximè doctrinæ suæ fidem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformatæ, futura significasse, vt merito Apostoli crederentur: quasi

ne hoc scriptum sit, venturos multos, qui etiam virtutes maximas æderent, ad fallaciā munidam corrupta prædicationis. ²⁹⁰ Itaque veniam merebuntur. Si vero memores Dominicarum & Apostolicarum scripturarum & denuntiationum in fide integra steterint, credo de venia periclitabuntur, respondentे Domino: Prænuntiauram planè futu-
ros fallacie magistros in meo nomine, & Prophetarum, & Apostolorum etiam; & discen-
tibus meis eadem ad vos prædicare mandaueram, semel Euangeliū, & eiusdem regulæ Matth. 28.
doctrinam Apostolis meis delegaueram: sed quum vos non crederetis, libuit mihi postea aliquando mutare. ²⁹¹ Resurrectionem promiseram etiam carnis; sed recognitau ne im-
plete non possem. Natum me ostenderam ex virgine; sed postea turpe mihi visum est. Pa-
trem dixeram, qui solem & pluuias facit: sed alius me pater melior adoptauit. Prohibue-
ram vos aurem accommodare hæreticis, sed errauit. Talia ²⁹² capit opinari eos qui exorbi-
tant, & fidei veritatis periculum non cauenit. [293] Sed nunc quidem generaliter actum est CAP. XLV.

à nobis aduersus hæreses omnes, certis & iustis & necessariis præscriptionibus repellendas
a conlatione scripturarum. De reliquo, si Dei gratia annuerit, ²⁹⁴ etiam specialiter quibus-
dam respondebitus. Quorum hæreticorum, vt plura præteream, pauca perstringam. Ta-
cco ²⁹⁵ enim Iudaismi hæreticos. ²⁹⁶ Dositheum inquam Samaritanum, qui primus auctor
et Propheta, quasi non in spiritu sancto locutos repudiare. ²⁹⁷ Taceo Sadduceos, qui ex
huius erroris radice surgentes, aucti sunt ad hanc hæresim etiam resurrectionē carnis nega-
re. ²⁹⁸ Prætermitto Phariseos, qui additamenta quædam Legi adstruendo à Iudeis diuini-
funtur: etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen, digni fuerunt: ²⁹⁹ cum his e-

C sunt: vnde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen, digni fuerunt: ²⁹⁹ cum his e-
tiam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt. [300] Ad eos me conuerto, qui ex CA. XLVI.
Euangelio hæretici esse voluerunt: ex quibus est ³⁰¹ primus omnium Simon Magus, qui in
Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro iustam sententiam. Hic ACT. 8.
aulus est summam se dicere virtutem, id est, sumnum Deum. Mundum autem ab angelis
suis institutum: à dæmonе se oberrante qui esset sapientia descendisse quærendum apud
Iudeos: se in phantasmatu Dei non passum, sed esse quasi passum. ³⁰² Post hunc Menan-
der, discipulus ipsius, similiter Magus, eadem dicens quæ Simon ipse: quicquid se Simon
dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quenquam salutem, nisi in no-
mine suo baptizatus fuisset. ³⁰³ Secutus est post hæc & Saturninus, & hic similiter dicens,
Innascibilem virtutem, id est Deum, in summis & illis infinitis partibus & in superioribus
manere, longè autem distantes ab hoc angelos inferiores mundum fecisse: & quia splen-
dor quidam luminis desursum in inferioribus resulsiſſet, ad similitudinem illius luminis
angelos hominem instituere, angelos curasse: hunc super terram iacuisse reptantem: cuius
lumen illud & virtutem illam superiorē propter misericordiam, scintillam saluam esse,
cetera hominis perire: Christum in substantia corporis non fuisse, & phantasmatu tantum
quasi passum fuisse: resurrectionem carnis nullo modo futuram esse. ³⁰⁴ Postea Basildes
hæreticus erupit: hic esse dicit sumnum Deum nomine Abraxan, à quo mentem creatam,

Tertulliani de præscriptionib.

402

quam Græci appellat. Inde verbum. Ex illo prouidentia, ex prouidentis virtutem, & sapientiam. Ex ipsis inde principatus, & potestates, & angelos factos: deinde infinitas angelorum editiones, & probolas: ab ipsis angelis trecentos sexaginta quinque celos infinitos; & mundum in honore Abraxas; cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. Hi ultimis quidem angelis, & qui hunc fecerunt mundum, nouissimum ponit Iudeorum Deum: id est, Deum Legis & Prophetarum: quem Deum negat; sed angelum dicit. Act. 6.

Huc sortito obigitur semen Abraham, atque ideo hunc de terra Aegypti filios Israel in terram Chamaan translatisse. Hunc turbulentiorem præ ceteris angelis, atque ideo & seditiones frequenter & bella concutere, sed & humanum sanguinem fundere. Christum autem non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxas misum venisse inphantasmate sine substantia carnis fuisse. Hunc passum à Iudeis non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse: unde nec in eum credendum esse qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in simonem credidisse. Martyria negat esse facienda. Carnis resurrectionem grauitate impegnat, negat salutem corporibus re promissam. 305

Alter hereticus Nicolaus emeritus de septem Diaconis, qui in Actis Apostolorum allestiti sunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis, & quidem fœda & obscena fuisse: ex hac permixtione, pudor est donec quæ fœta & immunda. Sunt & cetera obscena. Omnes enim refert quodam turpiordinis natos, & coplexus, & permixtiones execrables obscenæque coniunctas, & quodam ex ipsis adhuc turpiora. Natos præterea dæmones, Deos, & spiritus septem, & alii fæcile pariter & fœda: quæ referre erubescimus, & iam prætermis. Satis alios quod totam istam heresim Nicolitarum, Apocalypsi Domini grauissima seminavit.

Apocal. 2. auctoritate damnavit, dicendo: Quia hoc tenes, odisti doctrinam Nicolitarum, cum C. XLVII. & ego odi. 306 Accesserunt his heretici etiam illi, qui 307 Ophitæ nuncupantur. Non serpentes magnificant in tantum, ut illum etiam ipsi Christo præferant. Ipse enim, in Gen. 3. quiunt, scientia nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduertens potentiam & maiestatem Moyses, inquiunt; æreum posuit serpenteum: & quicunque ipsum aspercerent, sanitatem consecuti sunt. Ipse, aiunt præterea, Christus in Euangeli suo imitatus serpentis ipsius sacram potestatem, dicendo: Et sicut Moyses exaltauit serpenteum in defensa exaltari oportet filium hominis. Ipsum introducunt ad benedicenda Eucharistica. Sed tota istius erroris & scena & doctrina inde fluxit. Dicunt enim de illo summo proprio æone complures alios æones exitisse inferiores; omnibus tamē istis æonen antecedentibus, cuius sit nomen Ialdabaoth. Hunc autem conceptum esse ex altero æone æonibus intermixta sibi, non potuisse ad superiora peruenire, in medietate relictum, extendisse totum, effecisse sic cœlum. Ialdabaoth tamen inferius descendisse, & fecisse sibi filios serpentis, ipsum solum Deum putarent. Virtutes igitur illas & angelos inferiores hominem cisse: & quia ab infirmioribus & mediocribus virtutibus institutus esset, quasi vermentis cuisse reptantem: Illum vero æonem ex quo Ialdabaoth processisset, inuidia communis, scintillam quandam iacenti homini immisisse, qua excitatus per prudentiam aperientem intelligere posset superiora. Sic rursum Ialdabaoth istum in indignationem convertit ex semetipso ædidiisse virtutem & similitudinem serpentis: & hanc fuisse virtutem inde fructu arboris, atque ideo generi humano scientiam bonorum & malorum contribuit. Christum autem non in substantia carnis fuisse: salutem carnis sperandam omnino non esse. 308 Necnon etiam erupit alia quoque heresim, quæ dicitur Cainaurum. Ergo enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata est ipso. Nam Abel ex inferiore virtute conceptum, procreatum: & ideo inferiorem regnum. Hi qui hoc adserunt, etiam Iudam proditorem defendant, admirabilem illum & certum, ut uertens enim, inquiunt, Iudas, quod Christus vellet veritatem subuertere, tradidit illum, ne subuerti veritas posset. Et alij sic contrâ disputant & dicunt: Quia potestates huius mundi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararet, Iudas consilens generis humani, tradidit Christum, ut salus, quæ impediabatur per Virtutes, obistebant ne pateretur Christus, impediri omnino non posset: & ideo per passionem Christi.

Num. 21. 309

Ioan. 3. 310

Gen. 3. 311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

A si non posset salus humani generis retardari.³⁰⁹ Sed & illa hæresis processit, quæ dicitur Sethoitarum. Huius perueritatis doctrina hæc est: Duos homines ab angelis constitutos, Cain & Abel: propter hos magnas inter angelos contentiones & discordias extitif-
fe; ob hanc causam illam Virtutem quæ super omnes virtutes esset, quam matrem pronuntiant, dum Abel interfecit dicerent, voluisse concipi & nasci hunc Seth loco Abeli: ut evacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen mundum oritur & nascitur. Permixtiones enim dicunt angelorum & hominum iniquas fuisse; ob quam causam illa Virtuté, quam (sicut diximus) pronuntiant matré, ad vindictā etiam cataclysmum inducere, vt & illud permixtionis semen tolleretur: & hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. Sed enim illos qui seminis illos prioris instituerint, occulte & latenter, & ignorante illa matre Virtute, cum illis octo animabus in arcam misisse etiam semen Cain, quod semen malitia nō periret, sed cum ceteris conseruatū & post cataclysmum terris redditum, exemplo ceterorum ex crescere, & effundere-
tur, & totum orbem & impleret & occuparet. De Christo autē sic sentiunt, vt dicant illū tantummodo Seth, & pro ipso Seth ipsum fuisse. [310] Carpocrates præterea hanc tulit se- C. XLVIII,
tam.³¹¹ Vnam esse dicit Virtutem in superioribus principalem; ex hac prolatos angelos, atque virtutes: quos distantes longè à superioribus virtutibus, mundum istum in inferiori-
bus partibus condidisse: Christum non ex virgine Maria natum, sed ex semine Ioseph, ho-
minem tantummodo genitum, sanc præ ceteris iustitiae cultu, vita integritate meliorem:
hunc apud Iudeos paup: solam animam ipsius in cœlo receptam, eo quod & firmior &
robustior ceteris fuerit: ex quo colligeret, tentata animarum sola salute, nullas corporis
resurrections.³¹² Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, similia docēs. Nam & ipse mun-
dum institutum esse ab illis dicit: Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem
illum tantummodo sine diuinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam
perhibens: Iudeorum Deum non Dominum, sed angelum promens.³¹³ Huius successor
Hebion fuit, Cerintho non in omni parte consentiens, quod à Deo dicat mundum, non
ab angelis factū: & quia scriptum sit, Nemo discipulus super magistrum, nec seruus super
dominum, legem etiam proponit, scilicet ad excludendum Euangeliū, & vindicādum
Iudaismum. [314] Valentinus autem hæreticus multas introduxit fabulas: has ego circun- C. XLIX,
ducēs breuiter expediām.³¹⁵ Introducit enim Pleroma & Æones triginta: exponit autem
hos per syzygias, id est coniugationes quadam. Nā dicit in primis, est Bythō & Silentium;
ex his procelisse semen, mentem & veritatem: ex quibus erupisse verbum & vitam: de
quibus rursum creatum hominem & Ecclesiam. Sed enim ex his quoque procelisse duo-
decim æonas: de sermone autem & vita, æonas alios decem: hanc esse æonum triacotada,
qui fit in Plerome ex ogdoade & decade, ac dyodecade. Tricesimum autem æonem,
Bython illum videre voluisse, & ad videndum illum auctum esse in superiora Pleromatis
concedere. Et quoniam ad magnitudinem ipsius videndum capax non fuit, in defectio-
ne fuisse, & penè disolutum esse, nisi quia missus ad constabiliendum illum, ille quem ap-
pellant Horon, confirmasset illum dicto Iao. Hoc pronuntiatio appellat. Istum autem
Æonem in defectionem factum Achamoth, dicit in passionibus desiderij quibusdam fuis-
se, & ex passionibus materias addidisse. Expauit enim, inquit, & extimuit, & contristata est,
& ex his passionibus concepit & edidit. Hinc fecit cœlum & terram, & mare, & omnia
quæcumque sunt in eis, ob quam causam omnia infirma esse & fragilia, & caduca, & mor-
talia quæcumque sunt ab ipso facta: quoniam quidem ipse fuit de aporiatione conceptus
atque prolatus: hunc tamen instituisse istum mundum ex his materiis, quas Achamoth,
vel paucendo, vel timendo, vel contristando, vel sudando preſtiterat. Nam ex pauore, in-
quit, tenebre factæ sunt: ex timore & ignorantia, sp̄ritus nequitia & malignitatis: ex tristi-
tia & lachrymis, humida fontium, fluminum materia, marisque. Christum autem missum
ab illo propatore qui est Bythos. Hunc autem in substantia corporis nostri non fuisse, sed
spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Ma-
riam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Resurrectionem
huius carnis negat, sed alterius, Legis & Prophetarum quadam probat, quadam impro-
bat: id est omnia improbat, dum quædam reprobatur. Euangeliū habet etiam suum, præ-
ter hæc nostra.³¹⁶ Post hunc exiterunt Prololaus & Secundus hæretici, qui cum Valen-
tino per omnia consentiunt. In illo solo differunt. Nam cum Valentinus Æonas tantum
triginta finisset, isti addiderunt alios complures; quatuor enim primū, deinde alios

JILLIAN,
notationibus
ÆLI.

V
6

CAP. L.

CAP. LI.

Matth. 7.

CAP. LII.

CAP. LIII.

quatuor aggregauerunt. Et quod dicit Valentinus æonē trigesimū excessisse de Pleromate dū vt in defectionem, negant isti. Non enim ex illa triacontade fuisse hunc qui fuerit in defectionem, propter desiderium videndi propatoris.³¹⁷ Exitit præterea Heracleon alter hæreticus, qui cum Valentino paria sentit; sed nouitate quadam pronuntiationis vult videti alia sentire. Introducit enim in primis illud fuisse quod pronuntiat, & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos æonas, deinde introducit totum Valentinum.³¹⁸ Nō defuerunt post hos Marcus quidam & Colarbasus,³¹⁹ nouam hæresim ex Græcorum-alphabeto cōponentes. Negant enim veritatem sine istis posse litteris inueniri; immo totam plenitudinem & perfectionem veritatis, in istis litteris esse dispositam. Propter hanc enim causam Christum dixisse: Ego sum α & ω . Denique Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum venisse, quæ Græco nomine quum $\varpi\gamma\tau\epsilon\zeta$ pronuntetur, habere secundum numerum, $\nu\circ\circ\circ\circ\circ$. Percurrunt isti $\alpha, \beta, \gamma, \delta, \epsilon, \zeta, \eta, \tau$, totum vñque ad Alpha Beta, & computant, ogoadas & decades, ita vt afferre illorum omnes vanitates ineptum sit & odiosum, quod tamen non tantum iam vanum, sed etiam periculosum sit. Alterum Deum sicut præter creatorem: Christum in substantia negant carnis fuisse, negant carnis resumptionem futuram.³²⁰ Accedit his³²¹ Cerdon quidam, hic introducit initia duo, id est duos Deos, unum bonū, & alterum sœuum. Bonū superiorēm: sœū hunc, mundi creator. Hic Prophetias & Légem repudiat, D̄eo creatori renuntiat, superioris Dei filium Christum venisse tractat, hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronuntiat: nec omnino passum, sed quasi passum, nec ex virgine natum, sed omnino nec natum. Resurrectionem animæ tantummodo probat, corporis negat. Solum Euangelium Iac., nec tamen totum recipit. Apostoli Pauli neque omnes, neque totas Epistolas sumit. Atq; Apostolorum & Apocalypsim quasi falsa reiicit.³²² Post hunc discipulus ipsius emerit Marciō quidam nomine, Ponticus genere, Episcopi filius, propter stuprum cuiusdam virginis ab Ecclesiæ communicatione abiectus. Hic ex occasione qua dictum sit, Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos, hæresim Cerdonis approbare conans est, eadē dicere, que ille superior hæreticus antè dixerat.³²³ Exstitit post huc Lucanus quidam nomine, Marcionis sectator atque discipulus: & hic per eadem vadens blasphemus genera, eadem docet quæ Marcion & Cerdon docuerant.³²⁴ Post hos subsequitur Apelles discipulus Marcionis, qui postea quām in carnem suam lapsus est, à Marcione legatus est: hic introducit vnum Deum infinitis superioribus partibus: hunc potestates metas, angelosque fecisse: præterea & aliam virtutem quam dicit, Dominum dicit, fed angulum ponit. Hoc vult videri mundum institutum ad imitationem mundi superioris, cu[m] mundo permisceisse pœnitentiam, quia non illum tam perfectè fecisset, quām illius prior mundus institutus fuisset. Legem & Prophetas repudiat. Christum neque in phantasmate dicit fuisse sicut Marcion, neque in substantia veri corporis, vt Euangelium dicit, sed in eo quod ē superioribus partibus descenderet, ipso defcensu fidream sibi carnem aëream contextuisse: hunc in resurrectione singulis quibusque elementis, quæ in decessu suo mutuata fuissent, in ascensu reddidisse, & sic dispersis quibusque corporis sui partibus, in cœlo spiritum tantum reddidisse: hic carnis resurrectionem negat: solo vitium & apostolo, sed Marcionis, id est non toto. Animarū solarū dicit salutem. Habet præterea quatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phanerosis Philumenes cum illis, quæ quasi prophetiam sequitur. Habet præterea suos libros, quos inscripsit. Logismorum, in quibus probare vult, quod omnia quæcumque Moyses de Deo scripsit, vera non sint, sed falsa sint.³²⁵ His hæreticis omnibus accedit³²⁶ Tatianus quidam hæreticus, hic Iustini martyris discipulus fuit; post hunc diuisa sentire cepit. Tatianus secundum Valentinum sapit, adiiciens illud, Adam nec salutem consequi posse, quia non si ramū salvi fiunt, & radix salua sit.³²⁷ Accesserunt alij hæretici, qui dicunt secundum Phrygas: sed horum non yna doctrina est. Sunt enim qui Kata Proclum dicuntur, iuxta qui secundum Æschinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, illa blasphemiam non communem, sed peculiarem & suam: & communem quidem illam, quia in Apostolis quidem dicant spiritum sanctum fuisse, paracletum non fuisse, & quidem dicant paracletum plura in Montano dixisse, quām Christum in Euangelium protulisse, tantum plura, sed etiam meliora atque maiora. Priuatam autem blasphemiam illi quidam Kata Æschinem, hanc habent, qua adiiciunt etiam hoc, vt dicant Christum ipsum effundere. Iulianum & patrem.³²⁸ Est præterea his omnibus etiam³²⁹ Blaſtus accedens, quidam Iulianus.

A Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi XIIIIT. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Euangelica gratia euacuator, siad legem Christum redigit?³³⁰ Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius: qui postea quām Christi pro nomine comprehensus negauit, in Christum blasphemare non destitit. doctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tātummodo diceret, Deum autem illum negaret: ex spiritu quidem sancto natum ex virgine, sed hominem solitarum atque nudum, nulla alia præ ceteris, nisi sola iustitiae auctoritate.³³¹ Alter post hunc Theodotus hæreticus erupit, qui & ipse introduxit alteram sectam, & ipsum hominem Christum tantummodo dicit ex spiritu sancto, ex virgine Maria conceptum pariter & natum; sed hunc inferiorem esse quām Melchisedech, eo quōd dictum sit de Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam illum Melchisedech præcipue gratia celestem esse virtutem: eo quōd agat Christus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro cœlestibus angelis atque virtutibus. Nam esse illum vsque ad Christo meliorem, ut apator sit, amator sit, agnecalogitus sit, cuius neque initium, neque finis comprehensus sit, aut comprehendendi possit. Sed³³² post hos omnes etiam Præreas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. hic Deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passum que contendit, mortuum prædicta scipium sibi sedere ad dexteram suam, cum profana & fragilea temeritate proponit.

Psal. 109.

JULIANO
in statu omnibus
VELI.V
6

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE PRÆSCRIPTIONIBVS AD-
uersus Hæreticos.

1. DE PRÆSCRIPTIONIBVS.] Præscriptionum, & Præscribendi vocibus frequenter visitur Tertullianus, nō modo leuis sapientias sub finem Argenti ex libr. aduers. Hermog. De Carne Christi, aduers. Mar. l. 1, & adu. Præreas, sed & supra Tomo prædicto, lib. de Patientia, cap. 4, quasi inquit in præscriptionis compendio & commendatio & exhortatio de patientia constituta est. *Et quī (iuxta quod adnotauit Quintus) Tertullianum Rōmani lūris, & in lege ciuilis p̄fessionum fuisse p̄ssim deprehendas, eius operibus atque scriptis evoluendis. Præscribo, & Præscriptio, vocabula sunt iurib⁹libus, & à medio foro defūcta. Qui si iudicio defendit, & qui crimen in aduersariorum transfor aut detraheret, eis que refelit, si in foro dicunt aduersario suo prescribere, si reus (inquit Marcellus lib. 3. ff. de Præreas), accusatori suo præcibit, id est, si reus accusatorem suū repellat, & exceptione legitima se defendat. Vipiani lib. 4. ff. ad S.C. Trebon. debet hæreti instituto prædicti (hoc est opponi, vel obire) cur hæreticatum non adeat, & verba descendit verbale, Præscriptio, id est repulsi defensa. Velati l. 2. S. Mario, ff. de adul. Præscriptio lenceng, quando viror adulerij rea obiret accusari marito lençenium, sequitur se defendit & tueri contra lençenium maritum. Præscriptio fori, l. 29. ff. de pæctis, quando quis se dicit alterius esse iurisdictio, & aduersariū suū reuocat ad aliū iudicem. Præscriptio municiparū aliter exceptio. Dicba est autem exceptio, quasi exclusio, que res cuiusque actioni solet interpan ad id excludere & remouendū, quod in controvērsiam deducitū fuit, ut accipitur in eo titulo, quod primus est in Pandecta l. lib. 44. De exceptio seu Præscriptionibus. Itaque DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSUS HÆRETICOS, id est de confutationibus & expulsionebus & exclusionebus hæreticorum, & quomodo Catholici*

præscribant hæreticis, id est, quoniam modo propulsente hæreticos, quomodo se defendant aduersus insolentes actions & insultus hæreticorum. Que expositio summopere placet; nam & Rhen. pro excipere accipit Præscribere supra Tomo 2. d. Veland virgin. c. 1. ubi inquit: Hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, id est, contra quam non licet excipere.

2. ADVERSUS HÆRETICOS.] Quid hæretici, infra videre est c. 6. ex definitione hæreticon, quam ille Antor adserit.

CAP. I.

3. Conditio præsentium temporum, etiam hanc admonitionem, &c.] In capitum distinctione Quinti secuti (vñ Lectori comodem in citatione locorum huic libri a variis Auctoriis facta) titulum huius capitulo damus: Quid mirari super hæretes non oporteat. *Et quī secundam MS. Vaticanum codicem omittimus vocem: Fratres, ut pote nusquam initio libri Tertulliano visitata, & legimus cum MS. Anglico codice, ac Mæcere: habeat etiam probationem, pro: habet.*

4. quid hæretes tantum valent, quantum sint.] Substituerat Rhenanus: quantum si non suffient, quomodo legit etiam Vatic. codex, quod incompletarā hoc modo Gelenius: quantum non valent, si non suffident. Verum placet prima illa lectio: quantum sint, non mihi modo, sed & Quintino, qui sic hunc locum explicat: Hæretis (inquit) ex quo nata est, statim valet, hoc est vires habet. Nunguan certe fuit hæretis illa, quācum absurdā, que sectatores non habuerit. Cui similia Gallicæ adserant Macerens. Sive autem legas tū vulgato codicibus, quum quid fortitum est, sine: quia quid, perinde est. Oratio

CAP. II.

5. Febrem denique inter ceteros mortiferos, &c.] Hoc caput inscriptissimis verbis pluribus Quintini in

compendium contractis: Quid ut malas deuitare oporteat hæresis.

6. cruciariorum exitus.] MS. Anglicus: cruciariorum. Verum illud placet cum Quintino, cuia haec sunt verba: Morbus (inquit) qui cum cruciatus adfert homini exitium, vocatur hic non cruciarius, quia torqueat, vexet, & cruciatus plurimum velut est febris, qui rabida nominari solet, acerba, dira, molesta. Febris ergo, cruciarius est exitius. Tertullianus *Conterraneus* Apuleius paulo post principium 10.l. sii de Lfinio, verberorum quedam serum, herilis filii calumniamorem, vocavit cruciarium, quod est cruciatus siue cruce dignus. Et carcerarius est, qui carcere meritus habetur in publica custodia. Nonnulli cruciariorum dici volunt auctorem cruciatus seu carnificem: scuti *Venerarium* in Neroni Suetonij, vocatur is, qui venenum parat & conficit, id est, veneficus. Lucilius appellavit insuase & acerbum vinum crucium, quia tormina gignat, & crucit. Hoc significat febrem cruciarium dicas. Non nouum autem esse. Auctori exitum pro: exitio, adnotauimus supra lib. ad *Scapulam*, c. 3.n. 20.ad illud: in illo exitu Byzantino.

7. erogando homini.] sic (inquit idem Quintinus) omnes legunt, & inferius: crobat hominem. Erogare significat impendere, distribuere, donare, quasi rogantibus: ut erogare de bonis, erogare aliquid in silium, erogationes quas pater in silium fecit. Quando vero pecunia, siue res dia sic distribuitur & erogatur, ea multipli- ter partita perditur seu consumitur. Hic ideo capias ero- gare, pro minutum perdere siue paulatim consumere, sed Metaphora mibi dura videtur, quid igitur? si legeremus eredit hominem, & eredo homini deputaramus. Febris enim rodit & exedit intus medallas. Edax pro- pterea vocatur, a quodam Poeta. Placet interim magis vulgata lectio, maxime quam Gallica vox apud Macerem significat consumere. Placet etiam illa: hoc eas esse, ubi omiserat; hoc. Legat autem Lectio aut: expauecamus cum vulgatis, aur: expauecamus cum Angl. aut: expa- uescantur cum Vatic. MS. cod.

8. Etenim dum mirantur.] Sic cum Quintino & Macerem, pro: Aut enim. Quorū vterque sic locum hunc explicat: Qui miratur hæresis, inde scandalizatur. At animo semel offendit & perturbatus aliquis, admirans offendit, suis causam, iam vacillat & incipit dubitare, Num insit aliquid veritatis in ea re, per quam scandalizatur. Hinc lapsum est valde lubricum, & prodiu casus in id quod admirari. Admiratio namque de duabus alterum facit. Aut enim rem quam mirabiliter dicimus, habere tamquam nobis vitalem desideramus, aut si nequimus, eam certe veneramus & colimus, ut honorificam, dignam cui seruamus, nosque subducamus. Veluti se dñitas, honores, mulierum formas admirari, aut eas proculdubio venari, aut certe venerari. Unde poeta sapien- tissimis scribit:

Nil admirari, propè res est una, Numici.
Solaque, que possit facere & seruare beatum.
Sicut autem de peccato nostro miratur, nec dominum peste correptum mori, vel inernum ab armato trucidari, quis etiam miratur, nihilominus hæresis aut hæreticos admirari debemus, tantummodo caure, longèque fugere, ne nos inficiant. Ita per elegantiam est hæresis comparatio cum pestifera febre, orientisque digrediadatio. Contrario retinemus: qui in fide non valent, cum MS. cod. pro eo quod ille: qui in fide parum valent.

CAP. III.

9. Solent quidem.] Titulum huic capituli dedimus:

Quod non ideo scandalizari oporteat, quod qui dam prudentiis, edificantur in ruinam.

10. isti Miriones.] Miriones (inquis Rhenanus) vi- cat hic simpliciter admiratores. Alioquin sic appellant ei- tiquitas, qui oboris distorti deformatae administrationi- rent. Quibus addit Quintinus. Vari lib. 6. de ling. Latini- citat Accium dicentem personas deformes, & videntes vocari miriones,, a miris, hoc est, monstris, ex quod ejus illa monstro. Tertullianus hic per irrationem vocat, qui mirantur hæreticos, non miratores (quod erat proprius rei vocabulum) sed ridiculè miriones, quasi iam sint amio variis atque distortis, & qui penè afferuntur hæ- reticos, quādoquidem mirati est mirari. Retinemus autem cum illo & Macreto: fideliis, & prudentiis, & vinci- tibus, pro eo quod MS. Vatic. & 1. editio: verutissimi, & Latinus: versatili, ex quod sequatur: neque virato- astimandos.

11. in illam partem transferunt.] Loguntur in veteribus Afris usitato, quo hæretorum au- sitione, corrum conveniunt, non Ecclesiam, sed partem appellat, quemadmodum Iatius adnotauimus ad Epist. 42. Op. n. 6. Eodem pertinet quod Iudeos vocit partus eius, in fin. l. 3. ad. Marcionem.

12. & stupri reus est.] Admonuit me sua illa versione Macerem, stuprum ab Auctore accipit puer- terio, nam quod lib. de Idol. 2. stupr. Tom. 2. dicitur. Domi- nus adulterium eriam in concupiscentia deligit, infra Tom. 5. lib. de Exhort. ad castit. sic expressum est. Dominus ipse dicit: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam stupravit eam in ore suo, ubi eriam stupri voce, quater vixit calu- significatione.

13. lapsus à Regula fuerit.] Iuxta quod adnotauimus Macerem, Regulam seu symbolum fidei intelligi, ut in fin. 4.c. 13.

14. nemo maior nisi Christianus.] Sic etiam dum MS. Vatic. & Ang. cod. & Quintinus adnotauimus. Maior hic (inquit Quintinus) non ad easem, sed qua- tatem refert. Sed qui dignitate, vel honestate, similitudine appellatus maior, vel 1. son, vel 2. son, vel Grace. Luca cap. 22. 6. vel 1. son & 2. son, qui misericordia, &c. cui Minor opponitur. Sic in Pietà: Tu. Tibi me est aquum parere, & c. Per adoratum autem Trinitati venit obseruandum, quod Nullus est sapientius, nisi honoris dignus, nisi fidelis, & Christianus. Ab hoc non abhorruit D. Hieronymus, dum ferme liquit in Epiphilio Nepotiani: Ad eum tempore regnante ex quo in Christo renascimus. Censemur, id est adorantes, censur, atque dignitatem haberi debemus. Cum adnotacionem Gallice etiam expressit Macerem, quod Putas quod videt, sic interpretatur, ac si dicatur, quod cogitas quād quod video.

15. Sed oculi (inquit) Domini ali.] Idem Mar- zionario sua indicat, quiescit a logio. Autem, si- telligit, inquit scriptura quod semel adoratus sit. Qui etiam ad marginem adnotauit lociscripta, tangit quo hic adiudicat. Auctor 2. Paralip. 16. & Euclid. 23. quem posteriore citat etiam Quintinus, quod ad- re liceret simile loco, Oculis Dei super amorem fratrum. Job. 34. Psalm. 65. Hierem. 16. & 52. Tertius ge- citari ab Auctore illud 4. Ezra 8. pro meritis suis, et illum pro scriptura authenticata citare soleat: Domine, tu es habitat seculum, cuius oculi elevati in superemmo, con- liter autem citatur a B. Cypriano locis 3. Ejusdem & Epist. 4. ad Pompeium. & lib. ad Demetrianum, ex 4. Epist. 5.

psit illud: Mundum iam sensere, &c. Evidem tertium idum librum Graec non solum in Canonem recipiunt, sed etiam ante duos libros priores collocant, & uti authenticis citant Achan. contra Arrian. l. 3. ac Augl. 18. de Cuspi. Dei. Quæcumque vero D. Ambrosiani postea eadum ab ipso Esdra, non sine diuina reuelatione, l. de Bono mortis, & l. in Lucam, arque adeo epist. 21. ad Horontium, hortatur ad eius lectionem. Denique ex eiusdem l. 2. desumpta Ecclesia, feria tercia Pœnitentia, Introitum Missæ. Accipite sociitudinem gloriae regnorum in solennitate Martirum ex eccl. capite decaesis illud: Modò coronantur, et accipiunt palma. Vide autem plura apud Sixtum Senensem Biblioth. sancta.

16. Deus in precordia contemplatur.] Paraphrastis veritatem: precordia, pro xz. p. 12v. Subi adversum, vbi supra, l. de Calce, f. 20m. c. 13. Deus conpector est cordis.

17. & palam in manu portat.] Vatic. MS. & Quintinus: ventilabrum. Idem vtrumque significat, nisi quod illud magis placeat, eo quod B. Cyprian. id legat epist. 51. ad Confessores, & 52. ad Antonianum immo ipse quoque Tertullianus in fr. Tom. 5. lib. de Fuga in perse. & Hieron. aduersus Luciferianos, quemadmodum latius deduximus Adstant, ad dictam epist. Cyprian. 51. num. 8. & qui prædicterunt, Vatic. MS. & Quintinus, legant: diuerterunt; sed illud Tertullianicum esse infra patet lib. de Regno, cap. 1.

18. sed qui scierunt illum vitæ esse verbum.] Ceterum legendum est: apud illum, eo quod ita habetur lxx. verba vitæ æternæ habes, sed colligo non verba, sed sicut voluisse exprimere Autorem, eo quod subiungit: & à Deo venisse, pro eo quod illic sit: Quia tu es Christus filius Dei. Legimus autem cum MS. Vatic. Quintinus, & Macereo: si vellet & ipsi, pro eo quod corrupte ecripsit.

19. aliqui Phygelus.] Sic ex Macereo, & Apostolo 2. Tim. 1. pro eo quod legebatur: Phygelus, de cuius ac Hermogenis hæresi, item Phileti & Hymenæi, l. 1. Tim. 1. vide Commentarios veteris in Pauli Epistolas. Hinc autem addiscamus (inquit Quintinus) quomodo Gnostici infideli huius aut nostri respondeamus, qui de plerisque magnitudine & popula miserabiliter erueris, ac sibi consentientib; gloriantur. Regia, Tribunalia, Monasteria, quin & Episcopalis sedes hominum primæ scierunt hæresi, in dies ab Ecclesiis deficiens, & ad gehennam rectâ currentibus, non expectato carnifice; quippe qui tam sunt suo iudicio damnati. Hanc ideo verâ sunt hæreses. Nullum namque Deum degre unquam gradum, à quo decidere non permissi in eis stantem. $\tau\epsilon\alpha\omega\tau\epsilon\zeta\gamma\sigma\omega$, ex arbitrio liberi facultate est, aut stare firmiter, aut cadere miserabiliter. Lxx & premium firmis. V. & cadentibus. De Saule quid licet dicitur, habes l. Reg. 10. 15. & subsequenti, ibi cap. De David, quem sibi Dominus quæsuerat iuxta cor suum, legi primi quoque Reg. c. 13. & 2. Reg. 11. De Salomonis traditur 3. Reg. 3. & 11. De Phygello & Hermogeni Pauli persequitoribus & aduersariis, Apostolus ipse menavit 2. Timoth. 1. Meminim Hymenæi & Phileti Hæretorum in c. 1. eiusdem epist. 1. De Iuda Icarioite, qui fuit unus de duodecim per Dominum electis. ipsiusq; Dominum postea prædictis, Euangelista Matthæus scribit 10. cap. similiter & alijs.

CAP. IIII.

20. Quin potius memores simus tum Domini- carum pronuntiationum, &c.] Caput hoc inscriptum:

Quod à Domino & Apostolis & prænuntiatæ sint hæresis, & fugiendas esse præfinitum. Retinimus autem communem lectionem: pronuntiationū, & mox: prænuntiarunt, pro eo quod priori loco: prænuntiationū, & Macreum: prænuntiarunt.

21. Instruit Dominus, &c.] Ad verbum ferè hunc locum imitatur B. Cyprian. l. ad Novatianum hereticum, Prædixerat quidem (inquit) Dominus multos esse venturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui sunt iti rapaces lupi, nisi lenitus subdoli (sic enim etiam ibi legendum censetur, pro eo quod haec enim: sensu subdolio) confirantes ad infestandum gregem Christi. Utique autem videatur legisse Matth. 7. Advenite vobis à Pseudoprophetis, qui venient ad vos in pellibus ouium, pro eo quod noster interpres: veniuit, & in vestimentis ouium. Miru si non etiam hic alius exemplaribus Grecois usi fuerint, quam hodie existant.

22. Qui Pseudopropheti, &c.] Prinus illud ex Dominicis pronuntiationibus, hoc & quid sequitur, ex Apostolis littera Romana 2. Corint. 11. & 1. Ioan. 2. Illud autem: interim & tempore recte explicat Macreus, non modo intermedio tempore, quo Antichristum illum precipiu[m] praefolamur, sed et omni alio tempore. Qui etiam illud nimis quid perfecutio & martyras (sic enim lego ex MS. Anglico pro: martyres) facit, ita veritas, ac si dicat: persecutio non solum apostatas, sed & martyras facit; Hæreses vero (sive Hæresis, ut legit Vatic. cod. MS. & Quintinus) apostatas dumtaxat.

23. Neque enim eos probabiles intelligi iuuat.] Ita lego, pro: probatos, quia tunc paulo ante in scripture citatione, rurum iterum csequi, illud legitur. Item ex Vatic. MS. cod. & 1. adis. iuuat, pro: iubet. Nam eodem modo dixit lib. de Pall. 1. cum concordia iuuat. Atque recte adnotauit Macreus, Hæreses nomen initio Ecclesie non tam odiosum fuisse, quippe quod in bonam partem acceptum sit, Act. 24. & 26. atque adeo non veritos hæreses id sibi nomen adtribuere, ex diuerso sibi interpretantibus (vt Tertullianus verbis utrū) eos probabiles debere intelligi, qui in hæresin fidem demutant, ita prætextentes ad probationem hæresion. Quare non mirandum si Tertullianus sequi capite hoc agat, ut hæreses manus esse comprobet: scripture autem sensum, quod per hæreses manifestentur probabiles quaque, similem esse; ac si dicat aduersitatem approbari constantiam hominis. Similiter autem adnotauit Quintinus interpretatam esse hanc scripturam à B. Ambro. & manifeste quid intelligat, indicat Actor infra c. 39. sic hunc locum interpretatus: ut electi manifestentur, & ut reprobi deregantur.

24. Omnia examine.] Hæretici (inquit Quintinus) nunquam non prætextuerunt, modòque non prætextunt opinionibus suis à solita Patrum regula variantibus, id quod ipse Christus, Christiq; discipuli, faciendū promonuerunt, id de suis dicebat. Advenite à falsis Prophetis. Cautele à Scribis. & fermore Phariseorū & Sadduceorum cautele. Vide te ne qui vos seducat, &c. Matth. 7. 16. 24. Subinde sius Apostoli monebant: Probate (discutite, dignoscite, diuidicte) quid sit beneplacitum Deo, ad Ephes. c. 5. Item: Propheti est (interpretationis) puta scripture ditine, ac declaratio[n]es fidei vestre, nolite spernere, sed omnia probate; quod autem bonum fuerit, ipsi tenete, i. Thess. v. 1. Preterea: Nolite omni spiritu credere, sed probate an spiritus ex Deo sint, quoniam mali Pseudoprophetæ exierunt in mundo. 1. Ioan. 4. &c. Probationis & examinis istius exempla cognoscite. Apostoli predicabant in carne venisse Christum

M m

ULLIANO
etatis omnibus
ELLI.

V
6

Adnotat. in lib.

408

78. apud hereticos vbi omnia extinante.] Omnis omnes: Non, cum MS. Vatic. cod. & Quintino. De hoc autem loco ſic Macerens: Apud hereticos veritas non inuenitur, quia queſtiones preſtant magis quam iuſtificationem Dei, que eft in ſide, 1. Tim. 1. & ſon- per dijentes, numquam ad ſcientiam veritatis peruenienti, 2. Tim. 3. & volumen cuerte Euanuelum Christi, Gal. 1. Quia ita Ecclesia apud eos non eft (ſed apud noſtros) que dicuntur columnas & fundationes veritatis, 1. Tim. 3. Neque Dei penes illos eft, qui aperit oſtium fi- dai, Act. 14. qui aperit & nemo claudit, claudit & ne- mo aperit, Apocal. 3. neque tamen S. Perrum agnoscit, ſed auctor, cui tradit. ſunt claves regni celorum; Matth. 10. quorum etiam donare non eft, quod apud eos maſt pater luminum (a quo omne donum perfectum, laudes 1.)

79. donatiuum & ſtipendium caput.] De Do- nauiu vide ſuprā Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 1. num. 2. quod Macerens non uidetur adfecutus, quād uerit. Gal- lic: appointmentem. Legimus autem cum Quintino & MS. Vatic. cod. paulopō: vicini iauam, pro eo quod era: vicinam, eo quod id magis repondeat parabolae Luc. 11. Et legit quidem MS. cod. Anglico: Nemo in- deuit potest, ſed Tertullianus eft: ſtrui.

80. Nemo ab eo illuminatur, a quo contene- bratur.] Et hoc & prius illud de hereticis dictum: vbi omnia aduerſaria veritatis, ut veritatis, ut legit MS. Vatic. pertinet ad errorem B. Cypriani, de qua latius inſit lib. de Baptismo, & inter Tertulliani dogmata in Prolegomenis. Legimus autem ex coniectura Rhenani & Latinis, idque dumtaxat, pro: in quo? dumtaxat.

C A P . X I I I .

81. Regula eft auctio nifidei, &c.] Inſcriptionem huic capiti dedimus: Que ſit Regula ſeu ſymbolum fidei. Regulam enim fidei nuncupat Symbolum, quod ne Apoftolorum (ipſe quoque Auctor inſit cap. 21.) dicimus, idque non hic modō, & cap. preced. & ſequenti, ſed & ſuprā Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 1. & inſit adu. Mare, lib. 1. & lib. adu. Praxeian, cap. 2. Imitatus (vtricke admettauit noſt̄ fēu ardētus) B. Ireneum l. 1. cap. 4. adu. heret. & l. 3. c. 2. qui Regula fidei vocat, ſea veritatis, quam in Baptismo accepimus, aduidens ad re- citationem Symboli in Baptismo, de qua latius inſit initio libri de Baptismo Auctor. Hos autem etiam in ea appellaione Symboli Apoftolorum ſequuntur Novatiani inſit Tom. 5. initio lib. de Trinitate; qui Regulam veritatis nuncupat, ſequens Tertullianus lib. adu. Hor- megenei; Origenes Prefat. in lib. Periarchon, Auguſt. l. 1.

de fide & ſymbolo, & B. Chrysost. hom. 1. in Symbolum, & Rufinus initio ſue Exposit. in Symb. Tom. 3. inter opera Cypriani. Regulam autem caput (inquit Quintinus) quam definiſt Iſidorus apud Gratianum Dift. 3. Regula dicta eft, eo quod recte dicit, nec aliquem trahit aliorum, Noſtra ſidei ſymbolum, noſtra religio niſi articuli vocatur hic Regula Legimus autem cum MS. Vatic. cod. & Quintino ac Maceris: ut iam hinc quid credamus profiteamur, pro: quid defendamus. & mox: de nilo, pro: ex, ad deinde: ex ſpiritu Dei patris cum Vatic. & Quintino:

82. vnum omnino Deum eſſe, &c.] Quod ad hunc primum fidei articulum admet. Imprimis de Deo vero & unico, eoque codem mundi conditore, exſtant inſit duo integrī libri Auctoriſ 1. & 2. adu. Mari, qui duos Deos, oīa inſit patet cap. 51. commentus erat, & libri B. Cypriani ad Demetrianum, & Idolorum vani- tate. Quod autem hic non additur: omnipotentem, id reperire eft ſuprā lib. de Veland. virgin. in hac verba; & inſit cap. 1. lib. buiū libri vbi de Praxeian heretis diſputat: Regula quidē fidei vna omnino eft, ſola immobi- li & irreformabilis, credēdi ſcilicet in vnicū Deū omnipotentem, mundi conditorem. Quod poſtre- mun plurib[us] verbiſ hisce exprimit: qui vniuersa de nilo produxit, per verbum ſuum primò omni- eniuim emiſſum, hoc eft (uti interpretatur etiam Macerens) ante omnia ſacra genitum. Similiter quem Au- tor imitatus, Ireneus lib. 1. cap. 2. In vnum Deum pa- trem omnipotentem, qui fecit celum & terram, mare & omnia que in eis ſunt. Quomodo vero omni- potentis dicitur, late explicat Rufinus in Symbolo, qui addit omnes Orientis Ecclesiæ legere: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem.

83. Id verbum filium eius appellatum, &c.] Sic hunc ſecundum articulum fidei reſtrictum ex MS. cod. Anglico, pro eo quod erat filius. Quod autem hic di- cit: filium appellatum, ſuprā lib. de Veland. virgin. ſimpliſer dicit: & filium eius Iesum Christum, & inſit adu. Praxeian apertus: vnicum quidem (inquit) Deum credimus, ſub hac tamen diſpenſatione, quam inſeripta dicimus, ut vnicū Dei fit & filius fermo ipius, qui ex ipſo proceſſerit, per quē omnia facta ſunt, & sine quo factum eft nihil. B. Ireneus ſimiliter: & in vnum Iesum Christum filium Dei. Rufinus vero: & in vnum Dominum noſtrum Iesum Christum, vnicum filium eius. Et certe quod Christus vere fit Dei filius (contra negantes eius diu- nitatem) late Auctor docuit Tom. 1. Apolog. cap. 20. & 21. & inſit lib. adu. Praxeian paulopō: medium. Omitti- mus autem cum MS. Vatic. cod. & Quintino, ſecondo loco vocalum: eius, legeſtē dumtaxat: in nomine Dei variè viſum Patriarchis (de quo etiam alibi latius) in Prophetis ſemper audiū. Pertinent autem huc qua- cumque citar ſcripturae B. Cypriani lib. 2. Teſtim. adu. In- dieos, utque ad cap. 6. titulo: Quod Deus Christus; & No- rianianus inſit ſub medium lib. de Trinit. Tomo 5.

84. Poſtrem delatum ex ſpiritu Dei patris, & virtute in virginem Mariam, &c.] Tertiū fidei articulum paucioribus exprefſit lib. de Veland. virgin. natū ex Maria virgine, & latius adu. Praxeian: Hunc miſſum (inquit) à patre in virginem, & ex ea na- tum, hominem & Deum, filium hominis & filium Dei, & cognominatum Iesum Christum; pro quo hic apertus, & eſſe Iesum Christum. Rufinus autem: Qui natus eft de ſpiritu sancto ex Maria virgine.

JILLIAN
etatis onibus
E.L.I.

V
6

Adnotat.in lib.

416

Quod etiam virtutib[us] desideratur, hic suppletur: ex spiritu Dei patris. Irenaeus verò quām breviss. incarnationum (inquit) pro nostra salute; & mox: & eam quā ex virginē est generationem. Praterquām autē quod latissimē incarnationem Domini comprobat supra Tom. i. contra Iudeos, cap. 7. & 9. totus liber adū. Marc. 3. de Christo est, quem contra illius heresim, probat verè hominem Iustus, & quid ex virginē nascetur, etiam lib. de Carne Christi. Quem imitatur rursus B. Cyprian, loco citato à cap. 7. usque ad 14. Cur autem & Christus dicatur, & Iesus, tractat Auctor supra Tom. i. lib. adū. Iud. cap. 9. & infra lib. 3. adū. Marc.

85. Fixum cruci. } Latinus hunc quartum articulū fidei explicat lib. de Veland. virgin. Crucifixum sub Pontio Pilato, & lib. adū. Præcessor: Hunc palsum, hunc mortuum, & sepultum secundum scripturas. Quia Irenaeus unica vocē expredit: & passionē. Atque scripturas, ad quas addidit, videre est, tum lib. adū. Iud. cap. 8. 10. & 11. ac isdem penē verbis dicto lib. 3. adū. Marc. quem rursus imitatur B. Cyprianus dicti libri à cap. 14. usque ad 24. Et Rufinus in Symbolo, qui etiam disertis verbis sepulturam Christi predicant, ut nō dubitandum sit esse sic castigandum Symbolum Rufini: Crucifixus sub Pontio Pilato, mortuus & sepultus.

86. Tertia die resurrexisse.] Quintum fidei articulum istum sic reddit lib. de Veland. vng. Tertia die resuscitatum à mortuis, & adū. Præcessor: & resuscitatum à patre. Quia tria solum his verbis expredit Irenaeus: & resurrectionem à mortuis. Scripturas, quibus ea predicta fuit, habet B. Cyprian, ubi supra cap. 24. & 25. ac Rufinus in Expositione Symboli. Qui his verbis primit: Descendit in inferna, etiam id scripturis probans, Psal. 15. 21. 29. ac 58. & Matth. 11. ac 1. Petri 3. quarum & plerasque citat Cyprianus dicto cap. 24. hoc titulo: Quod à morte non vincetur, nec apud inferos remansurus esset; cui similis & alterius cap. titulus: Quod ab inferis tercia die resurgent. Terfull. verò etiam descendens Christi ad inferos confitetur, lib. de Resurr. carn. dum eum scribit portas adamantinas mortis & aeneas feras inferorum confragile; & apertius lib. de Anima, ubi dispicit, an ad inferos omnes animæ compellantur.

87. In colos ereptum sedere ad dexteram Patris.] Haud absimiliter sextus fidei articulus legitur. de Veland. vng. Receptum in celis, sedente nunc ad dexteram patris. ac adū. Præcessor: & in colos resumptum, federe ad dexteram patris. Quare etiam nos hic legimus ex MS. Vatic. cod. & Quintino: federe, pro eo quod erat: sedisse, maximè quā ligatus Mari vt. Assumptus est in celum, & federe à dextera Dei, non: edidit; & Coloss. 1. ubi Christus est in dextera Dei sedens, quod 1. Petri 3. isdem verbis repetitur. Quia scriptura quam manifesta sint, ne cito quid Rhenano in mente venerit, quod exemerit illa verba, sedere ad dexteram Patris, quia adeo recte iterum sunt addita à Gelenzo ex Anglico altero codice. Irenaeus quidem non aliud legis quā: & in carne in celos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri. Sed Rufinus conformiter Auctori nostro: Ascendit in celos, sedet ad dexteram patris: quam etiam Prophetiū veteris Testamenti posteriorem clausulam confirmat. Eodem pertinet cap. 26. lib. Testim. B. Cypriani hoc titulo: Quod quam resurrexit, acciperet à Patre potestatem, & potestas eius aeterna sit. Illud enim: federe ad dexteram Patris, ad aqualem

cum patre potestatem pertinere Theologi sunt.

88. Misere vicaria vim Spiritus sancti, qui credentes agat.] Transpositi sunt iste & iequi articuli quām apud Regnum ordinē, qui octauum articulū ponit (sciat & alij omnes) Et in Spiritum sanctum; quem hic satis congrue tempore is habuit ratione, septimum facit Auctor, & Irenaeus quartu[m] loco collet, paulo latius in haec verba: Et in Spiritum sanctum, qui per Prophetas prædicauit dispositions Did. Auctor quoque infra lib. adū. Præcessor, loco posuisse: Qui exinde (inquit) misericordia secundū promissionem habet à Patre Spiritum sanctum paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem, & filium, & Spiritum sanctum.

89. Venturum cum claritate, &c.] Hic tria fidic articulos septimum, undecimum, & duodecimum quasi uno fasce compingit, imitatus in his trebus, qui sibi habet: Et de celis in gloria Patris aduentus eius ad recapitulanda vniuersa, &c. que mixtissimū sive ordine. Auctor interm etiam distinguunt de Veland. virgin. Venturum (inquit) iudicare tuos mortuos: ac isdem verbis lib. adū. Præcessor. Quoniam mortuus est, eadem ipsa reperi in Symbolo Rufini: super multis diuinarum scripturarum testimonianis infra comprobat, & iam olim ante illum B. Cyprian. Ia. 10. rūs citato cap. 28. & 30. quin verò etiam ipsius supra Tom. i. adū. Iudicatos, cap. 14. & infra lib. 3. adū.

90. Ad sumendos sanctos in vita aeterna & promissorum coelestium fructum, &c.] Persecutio ad duodecimum articulum fidei secundum communem distinctionem: Et vitam aeternam: quem etiam in Explicatione Symboli Rufinus cum præcedent concordia articulo, vir etiam Irenaeus: ut intellit (inquit) & tamen & precepit eius seruatis (quos Auctor sanctos cupat) in dilectione eius perseverantes, quibusdam perditis ab initio, quibusdam autem ex Panem etiam donans, incorruptam loco muneri conservat, & clausum aeternam circumdebet. Quis etiam contraria illa spiritualia verò nequit & angelos transfigerat, appropiatas factas atque impios & iniustos, & impiorum blasphemos homines in ignem aeternum mittit, & admodum hic Tertius locum imitatus: & ad propositum indicandis igni perpetuo. De qua aliis lateris.

91. facta virtus que partis resuscitatione carnis resurrectionem.] Istud denique ad xi. articulum fidei spectat, quem sic reddit Rufinus: Huius carnis resurrectionem. In modo ipse quoque Auctor penē verbis lib. de Veland. vng. per carnis etiam resurrectionem, cui addit Irenaeus: à mortuis, tunc ea latius infra lib. de Resurrectione carnis. Et hoc ciat quod adintantur Quintinus ad illa verba: partis triu[m] resuscitatione. Non intelligas (inquit) ipsius & anima resuscitatione; quia quidam Tertius etiam animam credit, & ubi po[st]um immobile, non ergo resuscitatur. Sed virilique partis resuscitatione, id est, partis sanctorum & bonorum martyrum beatificatione. Deinde enim sufficiat utrūque. Blenque peribant impios, & peccatores hic morientes, anima corporis que simul interficiunt, numquam resurrec[t]ur. A Diu[n]o nempe scriptum fuerat: Non resurgent impii in seculo. Psal. 1. Resurgent quidem, sed non in iudicium, dicitur. Dicuntur: quia iam iudicati sunt, & penitentia consumata. Sed omnibus, & carnem restituunt D[omi]n[u]s, &

omnibus anima sociabitur carni. Porro de reliquis duobus nono & decimo articulis fidei, qui vel præcipue à baptizandis exigi solent, libro de Baptismo infra latini, vel ex ipso Tertulliano sub initium, ubi agens de verbis illis: Credis remissionem, siue in remissione peccatorum per sanctam Ecclesiam. Quid enim aliud sonat illi apud Rufinum articuli: Sanctam Ecclesiam Catholicam, & remissionem peccatorum?

C A P . X I V .

92. Hæc Regula à Christo vi probabitur, insitum, &c.] Caput hoc in scriptum: Quod de hac fidei Regula questiones non sint agitandæ. *Quia* ei quod hic dicit: à Christo institutum hanc Regulam nihil obstat quod infra cap. 21. videatur eā ad Traditionem Apostolorum referre, quia quemadmodum ibidem loquitur, & rursum cap. 30. Id fine dubio tendendum, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. *Talem autem esse* hanc Regulam sicut Symbolum hoc, ipse Author adfamat lib. adu. Præceps infra dicens: hanc regulam ab initio Euangelij decucurrit. Nec dissentit Irenæus: Ecclesia enim (inquit) per uniuersum orbem usque ad fines terra terminata, & ab Apostolis, &c. ad dictipulis eorum accepit eam fidem. *Quæ eo diligenter adnotamus aduersus Erasnum, & eos, qui an hoc Symbolum Apostolicum sit, dubitare non verentur.* Allegat præterea in Irenæum Feuerentius ex Clem. Rom. q. i. ad Iacobum seu Simonem fratrem Domini, eadem pene verba que transcripsit Rufinus, ac ipsius Symboli ut et Læturgia B. Iacobi Hieros. Episcopi, citata à Dionysio Arcop. Eccl. hierarch. cap. 3. & nos supra memoriis Tom. 2. initio lib. de Oratione, inter Missa ceremonias; infra idipsum probaturi de Baptismo ex Patribus, aquæ usq; eodem Clemente Condit. Apost. lib. 7. Hic sufficiunt loci ab eodem adnotati BB. Hieron. ad Pamphach. Amb. epist. 81. Augst. sermone 115. & 118. de tempor. Leoni Pap. serm. & epist. 13. ac fides. lib. 2. de Eccl. i. 1. cap. 23. ut omittam Hrabanum nostrum de Symbolo Eccl. fidei, cap. 5. & 57. lib. 2. de Inst. cleric. & iure de Uniuerso.

93. est tunc frater aliquis Doctor, &c.] Dotores (inquit Quintinus) in Ecclesia Christi tertium locum tenent. Apostoli primum, Prophete secundum, Alii. Apost. cap. 13. & 1. Corinth. 12. Quis & Evangelista & pastores eodem nominari potest. Eph. cap. 4. Tertium autem nobis hic ostendit: quisnam sit Ecclesiæ Doctor, gratia scientia donatus est, puer, qui docet (ut at apostolus) & in doctrina peruenias est, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in adiunctionem corporis Christi. Nullus igitur qui praefare superiora non potest, Ecclesiæ Doctor est. Qui interim nimis liber legi: Fides, inquit ille, tua, quim nūquam aliter laiquerat Tertullianus quam absolute: inquit.

94. fides in regula posita est.] Non (inquit Quintinus) in disputatione arguta, vel in magna aliqua scientia. Ex ijsdem verbis inferat Macerens, quandoquidem in regula sit posita, sequi eam oportere sine immixtione aut disputatione.

95. & salutem ex observatione Legis.] Colligit hinc idem Macerens nudam fidem sine observatione legis, atque adeo sine operibus, salutem non adferre, ut est epist. Iacob. cap. 2. de quo alibi latius. Qui etiam legis paulo post cum Quintino: Nihil ultra scire, omnia scire est, pro eo quod alii: Nihil scire. Sive autem mox legas: qui & ipsi adhuc se querere conseruentur cum excusis, siue

cum Anglo cod. MS. profitentur, perinde est. Legi deinceps cum Vatic. MS. cod. spectans ad eos qui & ipsi queruntur, dubius ad dubios, incertus ad incertos, cæcus ad cæcos, pro eo quod alii: à dubiis, ab incertis, à cæcis; quam lectionem fecuti videntur, solum ea de causa quid sequatur: in foueam deducaris necesse est.

96. sed quum decipiendi gratia prætendent se adhuc querere, &c.] Sic ex Vatic. MS. cod. & Quintino, maxime quum Latinus eisdem sensum insinuans, existimat: ad hoc, quod prius erat, accipientiam pro: adhuc, & quod sequatur: Quum enim querat adhuc. Atqui paribus (inquit Quintinus) strophis, ut olim Gnostici, nunc graffantur. Nam si gerunt nescio quos Catechesis suarum, Locutiones communium libellus legedos quibus perfecta (ni Deus interficit) tamquam diuini pectoris fonte eporo, deliria senex, annus garrula, verbosus sophista, casuisticus, lanificus, Iuridicus, panificus, (et quis non banarius) dixerent summus orbi Theologus præditus, qui Ioannem, qui Paulum, commentari possit. Diomus mellita sua uobis Hyena venena propinat, ad ea bibenda nos voce blandis, m. provocant, & monent, ut solumento discipiamus, an vera, nobisque salutaria narent; & quousque enim se paratos addiscere veritatem, si vel nunc contradicas, in rabiosas mox incenduntur disputationes. Omnia siquidem se scire peruerserunt. Nam nihil se querere, aut addiscere velle proclamant. Ipsi nobis graphice designat hic Tertullianus.

97. cui veritati patriconiantur, &c.] Sicuti (inquit idem) meretrix, & ad altera mulier apud Salomonem de votis & viximis se ista pro salute iuvenis a se decepti facta & exoluta, Proverb. cap. 7. sic & hæretici singuli apud simplices, nihil se, quam salutis viam ministrare ceteri. Nec aliud se, quam veritatem querere; quoniam tamen toti sunt ex mendaciis constati. Veteres sunt ista diaboli techna.

C A P . X V .

98. Sed ipsi & de scripturis agunt, & de scripturis suadent, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod proinde hæretici non sint admittendi ad scripturarum disputationem. Quia de re Author ejus ad cap. 22. & à cap. 37. usque ad 41. Tertullianos etiam imitatur Vincentius Lirinenus, toto libro De profana hæresi nouitate, verè aureo, ad quem compendij gratia Lectorem remitto. Similiter iam antea B. Irenæus lib. 3. adu. heret. postquam cap. 2. docuit hæreticos & scripturis aduersari, & traditionibus, sequentibus capitibus, omissa disputatione ex scripturis, per Traditiones eos conuincendos putauit, quemadmodum & Tertullianus cap. 21. ubi de eo latius. Atque adeo Author libris sequentibus, duns aduersus hæreticos etiam nonnunquam ex scripturis disputat, addit aliquam excusationem. Sic lib. de Baptismo: Huius memorie pronuntiationis tamquam præscriptionis, nihilominus, &c. Item lib. de Carne Christi: Post quas (nemp̄ præscriptions) etiam exacerbantibz retractamus. Et lib. de Resurr. carn. Hoc fermè modo dicimus in eundam cum hæretici disputationem. Atque adeo & hæretici ex conscientia infirmatis numquam ordinati tractat. Et lib. 1. adu. Marc. Nunc quatenus admittenda est congressio interduum, ne compendium præscriptionis vbique aduocatum diffidentia depuretur. Denique adu. Præceps: Sed falsa ista præscriptione, vbique tamen propter instructionem & munitionem quorundam, dandus est etiam retractatibus

JILLIAN,
etatis onibus
E.L.I.

V
6

Adnotat. in lib.

418

locus, vel ne videatur unaquaque perueritas, non examinata, sed praedicatae damnari. Non itaque omnem *Auctor* disputationem cum hereticis damnari, sed imprimis (uti adnotat Macerius) eam quae sit ab eis, qui dubitant apud quos sit futura victoria; ad quam refertur illud *Math.* 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. Item quando plane industrati sunt, & proprio iudicio damnati, iuxta *Apostolum* ad *Titum* 3, quales plerunque sunt ipsorum Ministris heresiarache, quibus nec *Aue dicendum*, 2. *Ioan.* 1.

99. Venimus igitur ad propositum, &c.] *Tertullianus* enim (inquit *Quintinus*) hoc unum tuto suo libro docendum proposuit, non esse de scripturis cum Gnosticis altercandum, sed neque loquendum. Nam disputationes huiusmodi vexant in fide firmos, conturbant, & vacillare faciunt, & alio se pertransfert medios. In heresim vero deturbant infirmos. Hoc veris veriora si non sunt, aduersus hereticos altercari, disputare, scribere non cessemus. Neque ieiunemus, & oremus in eos; interim tamen, & ubique memores, quod hoc genua demoniorum non excitetur, nisi in oratione & ieiuno. De Proverbiali autem formula: gradum obstruere, vide nostra *Prolegomena*. *Lego* autem cum *Quintinus*: non admittendos, pro: admitendi, eo quod infra initio cap. 37. illud legatur. Atqui pro eo quod satis obscuri legimus: Si haec sunt vires eorum, *Latinus* putat legendum: Sint' ne illa iuris eorum. sed nihil putauit immundandum, eo quod illud etiam *MS.* legit, & constet sensus etiam legendus: annone, quemadmodum ex versione Macerei costat: ut nihil sit opus cum *Quintino* legere: ut ne illud autem: ad eas, interpretatur Paraphrasis Macerens de disputatione ex eisdem scripturis.

CAP. XVI.

100. Hoc de confilio dissidentia, &c.] *Causam* primam reddit hoc capite, cur cum hereticis ex scripturis non sit disputandum: Quid id *Apostolus* censuerit.

101. constitutio.] Constitutio (uti suis ad me misis Scholis adnotauit *Latinus*) pro conflicione videtur ponit, ut apud *Ciceron.* lib. 2. de *Invenione*.

102. prohibenti questiones inire, nouis vocibus aures accommodare.] Alludat ad duo loca. *Tim.* 6. priorem: languens circa questiones, & pugnas verborum: alterum, devitans prophanas vocum nouitates.

103. post unam correctionem.] Sic etiam paulopisti: pro eo quod siue cap. 6. post primam. Atqui *B. Hieron.* (inquit *Quintinus*) in huius loci declaratione multus est. Imprimis vobis circa que lectio Graeca est, communitionem magis, atque doctrinam, qua sit abesse interpretatione, melius dici, quam correctionem, qua non est sine auferitate verborum & mali comminatione, adserit. inde legit: hereticum post unam & alteram correctionem deuita, quod in Latinis codic. dicit esse scriptum & addit, quod hanc lectionem Papa quoque *Athanasius* approbat. *Mendoza* est *Hieronymi* codex, in quo scribiatur *Athanasius*: nullus enim fuit hoc nomine Papa Roma, sed quatuor fuerunt *Athanasi*, quorum primus ille fuit circa annum Domini 400. dum fratres *Aradius* & *Honorius* imperarent. *Hieronymus* postea subiungit admonitionem iterante causam, contrariam certe *Tertullianum*, dicens, quid scilicet non sufficiat eum semel tantum corripi vel commoueri, qui sit aliquo depravatus errore. Sed & secunda sit ei adhibenda doctrina, ut in ore duorum vel trium sit omne verbum. *Hieronymus* à *Tertulliano* multum diversa fecutus vide-

turi. Et equidem miror, quomodo pariare Christianos & hereticos regi velit, quum pro constanti penitentia (*Tertullianus*) hereticos non esse Christianos. *Ambrosius* hunc explicans *Apostoli* locum, sequitur *Ambro* rem nostrum: verum tamen aliis ratione reddit, quoniam *Tertullianus*. Quoniam descripsit hereticos, & hereticorum morem damnasset in scripturis interpretanda subdidit: Idcirco huiusmodi homines ut inexcusabiles finaliter corripi oportere. Frustratio enim concepit, ac eructatores fient in malo. Cogere autem illos videntur sepe corripi, ut solicitoribus fiant ad perditionem multorum. Ideo dimittendas, ut negligenter effici, sibi fore pereant. *Hac Ambrosius Tertullianus* contentus. *Cyprianus* post admonitionem statim vitandos putas eos, quorum sanitatis spes nulla superest, quando quod vellet apertus & manifestus veritatem adiutorium. Tiros & evezet (aut) troves eius, si tu deinceps dicas id est, cuius causa laboras incassum? quid aeternum servio namque iudicio damnatus est, qui post admonitionem persistit in infidelitate. Sed in quibus admonitiones spes est aliqua, tametsi nonnumquam reliqua, sed similes, & veritatis studio magis, quam prava & contentiose disputandi affectu, iam tomobus in re veniat alterius *Apostolica* iustitia: Ut est tamen, & erudiamus continuo, qui resurgent veritati, quoniam Deus dei illis penitentiam, ad cognoscendam venit, & resplicant a diabolis laqueis, quo captiuus tenet ipsius voluntatem, 2. *Tim.* 2. Ita astem Christianis admonitiones sive castigationes, ut loquuntur *Tertullianus*, ad Christi constitutionem refero. *Math.* 8. in occule prius monentur, unde coram testibus. Quid finit, ad Ecclesiam deferantur. Inconspicibiliter si non audierint Ecclesiam, iam pro publicans & eis habeantur. Atqui nulla cum talibus de scripturam manu Christiani intercessit unquam. Hoc post multos annos Patres, *Apostoli* lacum nobis explicant, non rite & canillis agentes, ut quidam cum suis nefis quibus Coleris adnotant. *Hac* prima ratio cur de scripturam disputare non oporteat cum hereticis, quia prohibita est *Apostolus*. Porro *Tertulliano*, *Ambrosio*, & *Cyprianus* consenserit etiam *B. Cyprianus*, non uno in loco possumus nuper adnotandum ad epist. eius 55. anno 1. & lib. *Testim.* 3. cap. 78. num. 142, item *Lucifer Cœnus*, libro *De non communicando cum hereticis*, *Irenicus* lib. 3. adu. heret. cap. 3. contra quam fanum perdam *Quintinus*; ut etiam in hoc videtur hellenico Feuer-ardentius, quod *Chrysostomus*, alteram letitiam habebat, nisi forte mendosum natus fuerit codicem, quam præcitatius *Commetitus* contrarium conuicat. Legem sicut nosfer *Auctor*, & *Ambrosius* epist. 55. & quoddam codices, *B. Augusti* epist. 16.

CAP. XVII.

104. Deinde quoniam nihil proficiat congregatio scripturarum, &c.] Alteram hic capite della prescriptio *cassianum* reddit: Quid nihil proficiat scripturis disceptatio. Hereticum enim (inquit *Quintinus*) numquam fuerunt, neque modo sunt, in frumentis recipiendis, aut expounderis, concordes. Nichilque regi cum *Carbolici*, sed has primatum pro sua quodam tempore regere volunt, atque voluerunt. *Hac* etiam bona, propter quam scripturam congregata nullus deus de Christi, & hereticis. Qualem *Tertullianus* hanc demonstrat *Ambrosius* hereticorum peruationem ex scripturam auctoritatem, sicut *Dionysius* verbis, nectam ex eo capite ad *Titum* postrem, quid autem

cap. citabam. Sic Ambrosius: Hæretici sunt, qui legem per verba legis impugnant. Proprum enim sensum verbi adfruunt legis, ut prauitatem mentis sua commendent legis auctoritate. Impietas enim sciens auctoritatem multum usere, fallaciam sub eius nomine compunit: Ut quia res mala per seipsum non potest acceptabilis esse, nomine boni commendetur. Hæc Ambrosius.

105. Ista hæresis non recipit quasdam scripturas, &c.] Hæc pertinet quod habet B. Irenaeus lib. 3. adu. hæret. cap. 5. Gloriantes emendatores se esse Apostolorum, & illud B. Cypriani lib. de Vn. Eccl. Corruptores Euangeli atque interpres falsi, extrema ponunt, & superiora preterunt, partis memores, & partem subdale comprimentes. Ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita unius capituli sententiam scandunt, de quo ibidem latium Adnot. nostris num. 38. Similiter B. August. de Genesi ad litt. lib. 7. Hæretici proprum esse dicit, ut falsas opiniones suas scripturis præse detortis contra veritatem pernicipter adserant. Plura vide apud Vincenzium Linenensem. Hæc sufficiat quod ab Macerens: Quom (inquit) aduersus hæreticos scriptura sacra adlegatur, quadrupliciter istintus tribus modis: Aut dicendo apocryphon esse librum qui citatur, aut falsam esse legem & suppeditatam, aut ex cerebro suo nouam querente, aliam quam Ecclesia est, interpretationem. Legunt autem Quintinus & Macerens: diuersas expositiones commenta eas conuertit. Sed placet excusum aliorum & MS. lectio: commentata conuerit. Hæc pertinet etiam illud B. Augustini hær. 46. de Manichæo: Ipsius non Testamente scripturam ita legunt, ut quod voluerint, inde accipient; quod nolant, reiciant; eisque tamquam non totum verum habentium Apocryphas anteponant. Et hær. 70. Priscilliana (inquit) hoc versutore Manicheo, quod nihil Christianorum Canonicarum repudiant, &c. sed in suis sensu allegorando vertentes quicquid in libris sanctis est, quod eorum euerat errorem.

106. hic nititur quae ex falso cōposuerunt, &c.] Eadem pertinere adnotauit Latinus quod infra habet Auctor sub finem cap. 22. ne pariter admittantur tradiciones eorum que mentiuntur; vbi hac de relatis. Qui etiam recte legit: & quæ de ambiguitate caperunt, procooperunt.

CAP. XVIII.

107. Ille vero, si quis est cuius causa in congreßum descendis scripturarum, &c.] Tertianus hic reddit causam, cur ex scripturis non disputandum cum hæretico: Quod faciat ad subversionem audiendum.

108. a quo gradu negandi & defendendi.] Magno certe (inquit Quintinus) ratio non congregandi, non colloquendi, non denique disputandi cum Gnosticis; quia non disputatur, nisi quando negandi similiter & affirmandi pars est, & equalis utrique patet; quod in factis fieri non potest, vbi solumente dicere conuenit utrumque, votis concordibus. Non, non, Est, est. Legimus autem cum MS. vitroque & Quintino: hærelin, pro-

109. Hæc utique & ipsi habent, &c.] Quod Catholicus (inquit idem) vere dicunt in hæreticos (sicut, ipso non intelligere, sed corrumpere scripturas) id ipsum Catholicus obsecuti hæretico. Quæ potest igitur disputatio cum talibus virilitas esse? Quom (quod ab Hieronymo verisimile dictum fuit in fine libri contra Luciferianos)

Hæretici quidem facile vinci possint, persuaderi numquam possint. Itaque disputans, verba certe perdet, & auditoris animam fortasse, audierique demum, hæreticus. Res autem noua non est, Christi fidem & religionem ab aduersariis hærelin vocari per ignoriam. Cœpit hoc ab eius institutione prima, quod Hieron. attestatur in predicto cap. 3. ad Titum, scribens: Quid autem magis mirum sit, etiam illud de Act. Apof, videtur esse regendum, fidem nostram in Christo, & Ecclesiasticam disciplinam, iam tunc à perseris hominibus hærelin nuncupatam. Act. cap. 28. ad Paulum Inde: De hæreli ista notum est nobis (autem) quia ubique ei contradicitur. Itaque Paulus ipsis erat hæreticus. Ut Catholicas suas habent ac nominant Ecclesias, hæretici quoque se italiant Ecclesias habere. Et hoc etiam mirum. Sed quod Tertullianus respondit Marcionitis, qui de suis multis atque magnis gloriantur sodalitatibus, & Ecclesias appellabant, id in eos conuenientissime retundamus, ac dicamus: Faciunt fauos & velpe, faciunt Ecclesias & Marcionite. Latent in suis Phrygadeuteris, obscuris quibusdam gurgitostis clauduntur. Ecclesiam tamen suam vocant Apofolican & Catholicam: De Gnosticis autem nostri locutus.

CAP. XIX.

110. Ergo non ad scripturas prouocandum est, &c.] Epilogus est quidam hoc caput dicta prescriptio, quæ adeo inscripsimus: Quod proinde non alia debeat cum hæreticis initri disputatio, nisi a Christiani sint.

111. & quibus tradita sit disciplina quâ sunt Christiani.] Macerens interpretatur disciplinam, Regulam seu symbolum fidei. Quod ipsum comprobatur verbis sequentibus.

112. vbi enim apparuerit esse veritatem disciplina & fidei Christianæ, &c.] Locus insignis pro Catholicis, quod apud eos sit veritas scripturarum & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. Sic enim prouerso lego cum Quintino, pro eo quod alij: Christianorum quippe qui eam fidem teneant, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit, vix prosequitur cap. sequi. & apertius infra loquitur Auctor cap. 21. Imitatus utroque B. Irenaei lib. 1. adu. hær. cap. 2. & 3. ac lib. 3. quinque primis capitibus.

CAP. XX.

113. Christus Iesus Dominus noster permittat dicere.] Titulum huic capiti damus: Quod per Christianum Apostolis, per illos vero Ecclesiis Apostolicis fides sit tradita.

114. Interim quisquis est Christus, &c.] Ne putas (inquit Quintinus, & post eum Macerens) verba dubitantes esse. Sed quia Marcion cum multis prædicabat esse duos Deos, alterum bonum, & alterum malum; sic etiam duos introducebat Christos, alterum boni Dei filium, putatus carnis hominem, & alterum mali. Propterea dici hic: Quisquis est interim Christus, &c. Non quidem de vero & unico Christo dubitans, sed hanc interim disputationem differens in alios tractatus. Vide s. libros in Marcion.

115. Quid esset, quid fuisset, quam Patri voluntatem administraret, &c.] Adludit ad tres scripturas diuersas: Ioan. 4. vbi quid esset, Messias nemp̄, pronuntiavit dicens: Ego sum qui loquor tecum, & Ioan. 8. Quid fuisset, explicans: Ego à Patre

N n

JILLIAN
stationibus
ELLI.

V
6

processi, ac Ioh. 6. quam Patris voluntatem administraret: Hac est voluntas eius qui misit me Pater, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, &c. Denique quid homini agendum determinaret, Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua manda. Malo autem paulopst retinere quod habent excusis regrediens ad Patrem, quam quod Anglicus MS. cod. dicens.

116. tingendas in Patrem & Filium & in Spiritum sanctum. Ita lego more Tertullianico pro: tingendas, addens tertio loco in ex vtroque MS. & 1. edit. Et qui noua etiam est hoc verso Auctor, pro eo quod alii omnes, Matth. 28, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

117. Apostoli, quos haec appellatio missos interpretatur. Απόστολος Grāce (inquit Quintinus) dicitur Latinē Mīlīus, nūcīus, legatus, qui cum mandatis aliquis mittitur. Απόστολος verbum significat mettere in potestate & autoritatem aliquam. Dominus Iesu quum delegisset eis discipulis praeceps duodecim, hos nominauit Apostolos, Luc. cap. 6. De quorum nomine atque missione legit Hieron. in epist. ad Galatas salutatione. Missi multi, legatisque multi fuere, sed illi duodecim per Antonianum dicti sunt Apostoli. Tertullianus hic vocare videtur eos Legatos a latere. Adlegat (inquiens) duodecim lateri tuo. Non minus igitur honorandi, quam sit in cuius legatione flanguuntur. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Vnde Canonib. Ecclesie cauter, A latere Papa Legatum pro Papa venerandum esse pars enim corporis eius est. Imitatur autem hunc locum B. Iudorius lib. 2. de Ecclesiast. cap. 5.

118. primò per Iudeam, &c.] Ecclesia primò (inquit idem) per Apostolos exstructa & fundata fuit in Hierusalem, & ex Iudeis congregata. De qua Iacobus, & ceteri loquuntur ad Paulum: Vides frater, quot milia sunt Iudeorum qui crediderunt? &c. Hac autem Hierosolymitana Ecclesia prima, totius orbis Ecclesias postea seminavit. Hieronymus sic interpretatur illud Iust. cap. 2. De Sion exhibet lex, & verbum Domini de Hierusalem. Certe Ecclesia que erat Hierosolymis, differit si mentio Act. 8. deinde legitur Act. 9. Ecclesia quidem per totam Iudeam & Galileam & Samariam habebat pacem. Et uti est Act. 11. illi qui diffiseri fuerint à tribulatione, que facta est sub Stephano, perambulauerunt usque Phoeniciam & Cypriam & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Iudeis.

119. dehinc in orbem profecti, &c.] Erant autem (legitur ibidem) quidam ex eis viri Cyprī & Cypreni, qui quā venissent Antiochiam, loquebantur & ad Grecos; ac paulopst: Et annūt totum conuersati sunt ibi Paulus & Barnabas. Ita ut cognominarentur primū Antiochiae discipuli Christiani. Dehinc apud Antiochiam Pisidia constanter ad Iudeos dixerunt Paulus & Barnabas, Act. 13. Vobis oportebat primū loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vita eterna, ecce conuertimur ad gentes.

120. Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt.] Huc pertinet quod legitur Act. 14. Et quām constituerent eis per singulas Ecclesias Presbyteros. Item illud B. Cypriani epist. 52. ad Antonianum: Cōmque iampridem per omnes provincias & per verbas singulas ordinati sunt Episcopi. & quā suprad ex Hrabani adnotauimus epist. ad Regenbaldum, ad lib. de Cor. milit.

cap. 4. num. 41.

121. traducem fiduci.] Qui de re rufica (inquit Quintinus) Latinē scripserit, Traduces appellant, in tribus maxime, quando ramificuli plures ex uno trunco, vel uno vno brachio diffunduntur, & in aliis locis deducuntur innuicem connexi. Non videntur propriis admodum differre. Per Metaphoram elegans sanè Tertullianus hic vocat traducem fidei, translatum fidei de una Ecclesiā in aliam. Ecclesia nō nō, quāsque per manus, Apostolicam doctrinam p̄ tradidere. Quod enim prima (videlicet ab Apophis) accepérat, hoc docuit secundū successori Ecclesiam, in secunda tertiam, sic ordine consequenti. Sunt ita Traduces & fidei nostrae propagines, ut in cap. 32. inferius, ubi dicit Apostolicas eas esse Ecclesias, quæ habent, quos ab Apostolis in Episcopatus constitutos Apostolici seminaris traduces habeant. Ita autem legi: Apostolicas deputantur cum exemplis deputabantur cum MS. Vatic. perinde qd.

122. Itaque tot ac tanta Ecclesia, vna et huc. B. Cyprianus (inquit Quintinus) bine sumere patet, quod ad Antonianum scripsit epist. 2. lib. 4. consolatiuianum, dicens: vna est à Christo Ecclesia genitum mundum in multa membra diuisa. Item Episcopatus unus, Episcoporum multorum concordi resistente diffusus, can. Novatian. 7. quaff. 1. Autem est adhuc Cypriani loci lib. de Unitate Ecclesiæ Episcopatus (inquit) unus est, cius à singulis in pluribus tenetur. Ecclesia quoque vna est, quia in unitudinem latius incremento secunditudo extende, quomodo solis multi radij, sed lumen unum: & non arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundens. Et quām de fonte uno riu plurimi defluunt, non rotis licet diffusa videatur exundans copia longata, unitas tamen seruat in origine. Auctoribus solis à corpore, divisionem lucis unitas non cessat, arbores frange ramum, fractus germinare non potest à fonte praeceps riu, praeceps areset. Sit & Eccl. Domini luce perfusa, per orbem totum radix per porrigit; vnum tamen lumen est, quod oblongo fundatur, nec unitas corporis separatur. Et reliqua sibi idem toto labore prosequitur, quā Letitiam contulit gratia remittimus. Certe alibi Tertullianus in Ecclesiam constitutus. Sic infra Tom. 5. etiam in heresi lapsum: Vnus Christus, & vna ecclesia.

123. Communicatio pacis, &c.] Communitatio pacis (inquit Quintinus) quod etiam Petrus, Dexteram dare, in pacem recipere, dare quoque non dixerunt; id est, in Ecclesie confititione admetit. Eucharistiam præberet, quod est sanctum Donum Christi, ut Cyprianus exposuit. Hoc pertinet (etiam inveniente Rhenano) id quod infra dicit cap. 23. Imp. & dexteram ei dederunt signum concordie & conuenientie. Item quod est cap. 32. nec recipitur in pacem & in communicatione ab Ecclesia, quoquomodo Apostolicis. Item quod legitur cap. lib. adserit. Praxean: ccepit & litteras pacis recipere; vbi de iis latius, quas formulas vocantur tres posteriores.

124. appellatio fraternitatis.] Omnes Christiani (inquit Quintinus) quām sint ab eodem patrem emi, fratres omnes inter se debent appellari, quād sicut ab uno commune Christianorum nomen, ut hic suler. Nam sumus alter alterius membra, ministerium dicitur.

inueniunt exhibentes, ait Cyprianus; ergo fratres. Vide plus
hac de re Adnot. nostris in Apolog. c. 39. suprà Tom. 1.
& Tom. 2. lib. ad Martyr. cap. 2. num. 2. 3.

125. & contesseratio hospitalitatis.] Hospitalitas
(inquit idem Quintinus) omib[us] mandata Christia-
nū, ut pauperes & peregrini recipiant, ac benignè tractent.
A qua quidem (et nec ab aliis diobus) neminem pas-
tu excastra, quem vel in aqua frigida calice tantum sub-
ministrando, sit hospitalitas, que mercedem non perdet,
Matth. 10. 42. Hieronymus legat. Eleganter autem, ut
primas adnotauit Rhenanus, & post eum Quintinus &
Macerius, à tellera nouator vocabulorum Tertullianus
verbū fixit contellere; unde contesseratio. Id
significat coniunctionem familiariorum, que per signum
pat. Nam tellera signum erat apud Veteres hospitale, cu-
m[us] ostensione si quem redire contigisset, statim agnoscēba-
tur. Vide Plautum illud: Confregisti telleram. At-
que h[ab]et se[nt]io an per primum salutato, compellatio per
fecundum, denuo per tertium sacra[m]entū communio
intelligantur. Nam constat ex Veterum monumentis,
maiores nostros peregrinibus hominibus probat[ur]
religione & fidei, corpus Domini mittere solitos. De qua
obseruatione etiam Roma Summis Pontificibus usur-
pat[ur] latius, Deo fauente, in Assertione nostra. Communio
sunt altera specie. Quare & placet etiam magis hac
latius & contesseratio, quam: contesseratio, quid ha-
bebit verus editio; maxime quam simili phras[is] dixerit
Aut[or] infra cap. 36. de Ecclesia Romana: Videamus
quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis
quoque Ecclesiis contesserarit.

126. eiusdem sacramenta vna traditio.] Recte hic
Mores sacramentum verit[er] Gallicē iuramentum:
adulat enim ad iurandum, quo tamquam sacramen-
tum militari in Baptismo nos adfringimus, de quo infra la-
tius inter eiusdem ceremonias, lib. de Baptismo.

C. A. P. . XXI.

127. Hanc igitur dirigimus præscriptionē, &c.]
Inscriptio hoc caput: Quid proinde alia doctrina
non recipienda, quālibet apostolis viua voce
aut per Epistolam tradita. Recte autem sic hunc locum
interpretatur Quintinus, Aduersarios, qui regulam
scriptam non sequuntur, & se tamen contendunt
esse Christianos, ab ipsa sua intentione, vel actione sit
repulsum & exclusimus. Si predicta non predicarent
apostoli, si nec hic ipsi creditis, iam Christiani non
sunt. Vnde Tertullianum vides Iuris esse peritum. Val-
gissima est exceptione seu præscriptione formula-
ta in foro: si non dolo metuē factum sit, si non legem
prodidit. Si non contenti ut ea res mibi pignori foret, &c.
p[ro]positum Romanis consuli Iuris ita loquuntur.

128. tam viua (quod aiunt) voce Tertullianus
(inquit idem) sumpt[us] hoc ab apostolo 2. Thess. 2. scriben-
te state fratres, ac tenete traditiones quas didicistis, sive
per sonorem, sive per epistolam. Per sermonem, hoc est, per
vocem viuam. οὐ γέγονεν γάρ εἰ ταῦτα παρέδωγεν
τι ἀπόστολοι, ait Chrysostomus. Id est, precepta sine scriptura
τὸ ζῶον φωνὴν videlicet, id est viua vocis) & cum
scripta tradiderunt apostoli.

129. matribus & originalibus fidei.] Ut in re na-
tive (inquit idem) matrix ea femina dicitur, ex qua pe-
cudes dia progenierantur, & matrix arbor, de qua suc-
cuerunt aves aliae. Fustule matrices in aqua da-
biles, à quibus primis aqua fluit, & deducitur. Sic
urbis illa matrix appellatur, ex qua tamquam matre
proferuntur urbes aliae, seu filiae, hoc est, deductae sunt co-

lonie. Matrix Ecclesie, cui subsunt aliae, velut ab ea ge-
nita & edata. Nominantur Graecē μητέραις, de
quibus in Analectis nostris nonnulla dicibam. Quod hoc
autem solum pertinet, Ecclesie matrices fidet vocan-
tur, unde fides Christi primū venit ad nos: & origina-
les fidei, à quibus diffusa per orbem fides, originē sumpsit.
Exemplaria vere fidei soliter, ut fuit Hierosolymita,
Antiochenia, Corinthia, Philippensis, Ephesina, Romana,
& aliae, de quibus inferiora c. 36. Omnis autē phras[is] dicit
infra l. 4. adu. Marcius, ut scirent Hierosolymis esse
& sacerdotes & templum & matricem religionis.
Et suprà Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 5. Euā ap-
pellat matricem generis feminini. Alia vero signifi-
catione Matrices beneficiariorum usurpat infra To-
m. 5. lib. de Fuga in perfec[ta] quædammodum ibi latius.

130. quod Ecclesie ab Apostolis, &c.] Est simi-
lis infra locus cap. 37. penē ad verbum. Adnotanda ut
trobique vera Traditionis origo ab Apostolis, & prae-
dicta à Christo & Deo; qua adeo quomodo recipi possint,
non video. verius latius de illa supra Tom. 2. lib. de Ca-
ron. milit. cap. 3. num. 2. & sequ. ac Feu[er]ardensis
Ador. ad lib. 3. B. Iren. advers. heres. cap. 3. Quae au-
tem tales sint, infra significat cap. 32. que ab illis Ecclesie
obseruantur, quæ ordinem suorum Episcoporum
ita per successiones ab initio decurrente possint
demonstrare, ut primus ille Episcopus aliquem ex
Apostolis vel Apostolicis viris, habuerit antecedens
rem. Atq[ue] hoc est quod fabringit: Communicamus
cum Ecclesie Apostolicis, &: quod nulla doctrina
ab iis nemp[er] diuersa, hoc est testimonium veri-
tatis, obi minus liberē legit Quintinus: quod autem
nulla fit. Sive autem legamus cum excusis: suscepit, sive
cum MS. Anglicis: accepit, perinde est.

C. A. P. . XXII.

131. Sed quoniam tā expedita probatio est, &c.]
Titulum huc capiti damus: Quod Apostoli nihil
ignorarunt, & proinde nihil non docuerūt, quod
ad salutem nostram pertinet. Atqui legit Quintinus:
ac si probata non sit à nobis, verum magis pla-
cer vulgarē lectio, ac si (pro quasi) prolata non sit à
nobis; quam pulcrē sic veritis Macerius, ut volit Aut[or]
dicere: locum interim demus diuersa parti, ac
si numquā huma probationis mentionem fecerimus.
Sive autem legas cum excusis: ad infirmandum, hanc
præscriptionem, sive: ad infirmandum, uti MS.
Vatic. idem est.

132. Solent dicere: non omnia scisse Apostolos,
&c.] Adnotat hic recte idem Macerius, non alter
aque olim heretici contendebant: non, omnia scisse
Apostolos, ita huīus reprobatis hereticis idem affirmare
de Patribus, quarum scripta existant, sibi solis adtribuētes
spiritum sanctum & omnem scientiam. Qui etiam inter-
pretatur pantopop[is]: parum simplices, ac si dicat, dupli-
ces corde & seductores. Legat autem Lector quod voleat:
qui minus infirmatos cum excusis, vel: quia cum MS.
Vatic. cod. & max: lectorum, aut feorsum, aut feorsum.

133. quos magistros Dominus dedit.] Ad quā
scripturam (nemp[er] Matth. 18.) hic addatur, ipse Aut[or]
indicit his verbis infra scripto adu. Gnosticos: &
nobis magistros ordinavit cognoscere arcana omnia
vrique docturos. Atqui ibi: arcana veris, quid
est Graecē μητέραις, quomodo etiam correctiores huius
codices Matth. 18. pro eo quod alijs: mysterium. Ibi sicut
134. Petrum, aedificandæ Ecclesie petram di-
ctum, &c.] similiter etiam locum hunc interpretabatur

N. ij

JILLIAN
etatis onibus
ELLI,

V
6

Adnotat.in lib.

422

Auctor infrā l. 4. adiu. Mart. & etiam post heresim libris de Monogamia, & libro de Pudicitia, ubi hac de re latius, & maximè Adnot. nostris in B. Cyprian. epist. 55. ad Cornelium Papam, n. 35. De clauib. Petro, & per illū Ecclesie commissis, idem repetit Scorpiano aduers. Gnosticos. Non refert autem siue logos: præmonstrauit, quod habent excusi, siue demonstrauit, ex cod. Vatic. MS.

135. quoniam in tribus testibus stabit omne verbum.] Quum Deuter. 19. & Math. 18. habeatur: in ore duorum vel trium testium, Auctor alterum tantum membrum enuntiat, eo quod hic tria testes fuerint, Pater Deus, Moses, & Elias. Quum etiam max legit: omnia scripturas ediscere dignatus est, eus nempe quacumque erant de Christo, uti est Lue. 2.4.

136. Quam scripturam qui non recipiunt, &c.] Manichei (inquit Quintinus) prorsus eum noui Testamenti librum, qui Actum Apostolorum inscribitur, non recipiebat. In suum nempe Archimanicum, non in Apostolum Christi, adserebant venisse de celo spiritum sanctum, veritatem doctorem, quem Dominus missus est suis Apostolis promiserat; indeque misericordia sua communicatum per illum suum Manen, qui sub Aurelianico veniens e Perside, primam capit infanire, hoc est, annis penè trecentis, certè annis plusquam ducentis sexaginta post illum itapendam & ad mirandam missionem, de qua in c. 2. dictorum Act. Apostolic. Dignaque scriptura manifesto coargueret impudens istorum mendacum, negabant illud vnguam scriptum fuisse, libramque damnabant. Augustinus legge c. 3. lib. de Veritate credendi, contra Manicheos, Montanus idem prius fecerat, immo se Paracletum nominabat. Hebon, Cerinthius, Marcion, & alij Tertulliano priores, non recipiebant. Quae ipsa etiam Macerens repetit. De iisdem & cap. sequenti. Possumus (inquit) & hic Acta Apostolorum repudiabitibus dicere. Atqui quum subdit Auctor: quibus incunabulis institutum est hoc corpus, recte adnotat Rhenanus corpus accipi pro collegio seu congregatione, quam vulgo dicunt communis, nam de Ecclesia loquitur.

137. Traductiones eorū quae mentiuntur.] Traductiones (inquit Rhenanus) opposit probationibus. Sunt autem depravationis scripturarum infamatio non absimiles. Eodem pertinere suprad. adnotamus illud quod legitur cap. 19. Tantù veritati obstat enim adulter sensus, quantum & corruptor stylus. ac: his nituntur quae ex falso componuerunt.

CAP. XXXIII.

138. Proponunt ergo ad suggillatam ignorantiam aliquam Apostolorum, &c.] Inscriptum hoc caput: Quod Petri per Paulum reprehēti, non prædicationis, sed conuersationis. Quod ipsum argumentum eodem modo tractatur infra l. 1. adu. Marc. vbi inter cetera sic simili obiectio respondet. Igitur si feruenter adhuc vt Neophy whole aduersus Iudaismum aliquid in conuersatione reprehendendum existimat, passuum scilicet cōvictum, postmodum & ipse vnu omnibus omnia futurus ut omnes crucifixeret, Iudeus quasi Iudeus, & eis qui sub Lege tamquam sub Lege; tu illam solius conuersationis, placitura posse accusatori suo reprehensionem, suspectam vis haberi etiam de prædicationis erga Deum prævaricatione. Atquin de prædicationis vnitate, quod supra legimus, dextras iuxerant, & ipsa offici distributione de Euangelij societate cōdixerant, &c. Quae ipsa repetit lib. adu. Marc. 4. Vide autem de hac conuersatione epistolam aliquot Bb. Hieronymi

Hab.

& Augustini in utrisque operibus.

195. Iohannes vero in Apocalypsi, &c.] Ex hoc libro, & eo quod sequitur mox: At in Epistola, indicat eundem esse autorem & Epistolarum Ioan. 1. & 2. & Apocalypsi, atque adeo B. Flannem, Apofolium & Euangelistam. Nam in secunda legitur: Qui non confiteratur Iesum Christum venisse in carne, hic est seductor & Antichristus. & in prima cap. 2. Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Verum quoniam plane sit similis locus infra Scorpiano adu. Gnosticos, illuc tractatio de Apocalypsi, & maxime in lib. adu. Marc. differimus; hic vero epif. secunda eiusdem esse Ioannis cum Tertulliano adserimus, contra Erasmi opinionem contrariam. Næ imprimis in Canone sacrarum scripturarum tres Epistole resenserunt à Synodi Apofoliorum, can. ult. L. ad diceno c. 59. ac Carthaginensi 3. cap. 47. & BB. Athanasio in Synop. Gregorio Naianensi inter pia carmina, August. de doct. Christi. l. 2. c. 8. Innocentio Papa I. epist. ad Exuper. Galasio, & Sancta Romana Ecclesia; item Rosino in Exposit. Syrobi, Caesiodoro dissinuarum letitiam lib. 1. Damasc. de orthodoxo fide lib. 4. cap. 18. Isidoro Etymal. lib. 6. cap. 1. & Hrabano Mauro nostro de Institut. cleric. lib. 2. cap. 53. & lib. 3. cap. 7. Deinde citatur hac 2. Iohannes Epistola à Patribus Carthaginensis Synodi sub B. Cypriano; aliisq. Patribus, & nominatum ipso B. Hieronymo epist. ad Geronianum de Monogamia, ubi eundem Ioannis Epistola aequæ secundam & tertiam ac priorem epifolam. Quomodo etiæ Origenes Praef. in Matth. columnmodo adicunt dubitationem quorundam. Atque adeo etiam intelligendum B. Hieronym. Catal. script. Ecclesiæ tamquam qui ex aliena persona loquatur, pater tum ex eodem in Pavia, tum maxime ex Prologo in Biblia ad Paulinum; ubi simpliciter sine hesitatione aliqua inter reliquias novi Testamenti scripturam, tres Iohannis Epistles commemorat. Quid? quod existant etiam Clemens Alexandrinus in 1. & 2. interprete Caesiodoro, ac Didymus Alexandrinus in tres Iohannis Epistles breves Commentarij, quorum hic quædam secunda Epistola dicta cum priori Epistola concordare velut ex proposito nititur.

196. Calana hæresis dicitur.] Quid Caiana hæresis Tertulliano, infra etiam tractabimus latius lib. Scorpici inste, eo quod B. Hieron. lib. adu. Vigilantium eam hæresin Cainam, seu potius Caianam, dictam adserat; potissimum autem lib. de Baptismo cap. 1. ubi legitur: quæ

JILLIAN,
statim omnibus
ELLI.

V
6

Adnotat.in lib.

430

dam de Caiana heresi viperā venenatissima.

197. angelis seruiens.] Rētē hoc de Simoniana Magia dici patet infra cap. 46. & latius multo, libro de *Anima*, vbi aduersus opinionem eius de *Anima* agit: arque adeò locū iste notandum, ut intelligat Leitor, quā Angelorum seruitutē seu religionem impugnet *Apostolus*, Coloss. 2. contra calumnias hereticorum nostri temporis. Quō etiam pertinet *Apolis* heres de angelo creatore.

C A P . XXXIV.

198. Hęc sunt, ut arbitror, genera doctrinarum, &c.] Capiti huius inscriptiōne damus: Quid in primis illis herēsibus, etiam reliquę posteriores prædamnatae sint.

199. Nemo alterum Deum, &c.] Hereticorum proœctū (inquit Quintinus) fuit progressum vider, de quibꝫ illud ē Philosophica schola dicitur quā veriſimile. Parvus error in principio maximus est in fine. Bis in Synodo Gangreni declarare conabamur, vulpes istas in iuicem caudas colligant, scilicet, unus aliquis heresēs reum, paulatim fieri reum ceterarum, totūque demum comburi. Sunt enim concatenata. Nostri omnes temporum probabimus hoc exemplū, in Synodi Proerio, vers. Et alia multa; & initio Canonis 12. Verū de Marcionis, Apollis, & Valentini heresibus infra latius. Hic hoc solum dicimus ex Quintino, quid vñus. & omnis virtutum illigat Extremos, de quo supra cap. 7. & infra latius l. adu. Valentianos. Quid ante cōtra eiusdem herēs teneat Ecclesia Romana, c. 36, infra docet: Vnum (inquit) Deum nouit creatorēm vniuersitatis; & Christum Iesum ex virgine Maria filium Dei creatoris, & carnis resurrectionem.

200. qui Deum sic quoque voluerit emulari.] Quintinus subtilitera: noluerit, quantum apparet, existimans emulari hic accipi scuti infra cap. 38. num. 227. & cap. 40. quum dixit: ipsa quoque res sacramentorum diuinorum diabolus emulatur; nempe pro imitari. Verū accipitur hic pro: persimiliter contendere, eadem significatio quia alibi emulatio accipitur ab Auctore pro insidia, quia etiam dixit eodem capite 40. profanæ & emulæ fidei, quemadmodum & alibi, emulus Deo. Atque Quintinus & Macero legimus paulopōst: eas dicere fuisse non possunt, pro eo quod alij dumtaxat: fuisse non possunt.

201. aliquanto expoliatores, &c.] Audis (inquit Quintinus) herēs rudes primum, deinde factas expoliatores. Ab anni quadraginta sc̄ etiam nouari coperunt herēs, ut quanto quis in Grecitate, & Latinitate necio quia peritior exsisterit hereticus, tanto plausibilior atque receptor fuerit. Pare, tersè, mundè loquitur. Inde sc̄tatores ipsi eloquentia colligunt, Ergo pura, tersa, munda est herēs. Admodum reprehensible est graves etiam Theologos isti humana facundia verbis & elegantialiis efferti. Num bona sit dictio, quaerunt. Atqui meminisse nos oportet, quid nulla est in aliquo Christiano bona dictio, que pariter non sit in Christo tēsi benedictio. Bonas istas dictiones, & Rhetorizationes relinquantur Cresconis Grammaticis, ut fecit Augustinus. Sacra sincerè trahantibus non conueniunt, ut neque matrona ceruſa, neque boui cero- ma.

202. habendo cum eis consortium.] Gelasius pri- mus (inquit idem) Afer etiam simile cum Tertulliano scribit, inquiens: Quicunque in herēs sc̄mē damnata-

labitur, eius damnationē seipsum insuluit. 24. 4. 1. Eodem pertinent definitiones Concilij Chalcedonensis & aliorum, vbi expreſſe caetur sc̄mē amplius dubitari non licet, sed cum illis, quorum sc̄tancū res, esse condemnandos, & participationem, in loquitur Auctor, cum damnacitiis heretibus, id. ut interpretatur Quintinus, iam damnati, et futū, quod fictiō est, donatitum, deditum, condicium. Cum quo ac Macero & MS. Vatic. codic. legimus nec ab Apostolis nominata.

C A P . XXXV.

203. His definitionibus prouocat, &c.] In huic capiti damus: Quid heretice dici non possint Ecclesiæ Apostolice, quia nihil cum heretico habeant commune.

204. hoc erit testimonium veritatis, &c.] Item repetit totius huius libri prescriptionem, quaenam prior sit, mendacium posterius; & prouide quoniam sint Ecclesia Catholica, etiam veritatem, de qua latius c. 29. & 31.

205. Quam enim damnant, quasi extraneam, &c.] Rhenanus, Quintinus ac Macero sic interpretatur, ac si velis dicere: quasi extraneam damnant, non est opus, si illud quod sequitur ostendunt, id est ad utrumque membrum, hoc sensu: quam enim damnant, quasi extraneam ostendunt; quamēdam nauerunt, suam.

C A P . XXXVI.

206. Age iam qui voles curiositatem tuam exercere, &c.] Huius capitis inscriptio est: Quae illæ solæ Ecclesiæ sint vera, que Romanam & rūmique Apostolicarum Ecclesiæ fidem & quantur.

207. apud quas ipse adhuc cathedra apollerorum suis locis præsidentur.] Facit hic locum eis, qui Cathedra Apostolice in Romana Episcopatu- men nolunt agnoscere, quam etiam in aliis Ecclesiæ agnoscunt Tertullianus, & p[ro]p[ter]e eius ep[iscopatu]s. I. ad Sympronianum. Immo & in Episcopatu[m] tamquam aliarum matrice Veteris penitentiā, p[ro]p[ter]e Auctor lib. 3. carm. adu. Mart. vbi p[ro]p[ter]e nonē cathedra Petri fecit, in qua & ipse sedet, illi post se federe iulit, hec subiungit:

Constatbat pietate vigens Ecclesia Roma
Composita à Petro.

Item D. Cyprianus epist. 40. de quinque Presbyteris (inquit) vñus est. & Christus vñus, & una fons & cathedra vna super Petrum Domini vocem fecit & lib. de Vnit. Eccl. vnam cathedram habet, & unitas eiusdem originem ab uno incipiens, & fortate diffusus, ac in Primatus Petro datus, vna Ecclesia & cathedra vna monstratur. & cathedram deferit, in Ecclesia non est. Et certe etiam ad successores se extenderit idem indicet, ep[iscopatu]s Antonian. Cum Fabiani (inquit) locis, id est in Petri locus & gradus sacerdotalis cathedram. Quod pertinet etiam illud Epist. 55. Ad Petrop[er]it. dram & Ecclesiam principalem, unde vñus fons talis exorta est. Optatne item Milentianus lib. 2. uers. Parmenian. Negare (inquit) non potest, in urbe Roma primo Episcopatum Cathedram collocatam, in qua federit omnium Apollerorum ap[osto]lū. & paulopōst: Cathedra vñica, que est prae Ecclesia docebū, sed prior Petrus. Similiter etiam Cathedram Petri, Romanam Ecclesiam appellat.

ronimus epist. ad Damasum, ac Catal. Script. Eccles. Prudentia in Laurentium, ac apud eundem B. Hippolytus, Profer in Carmin, denique Leo I. Romanum (inquietus; caput oris effectam per sacram B. Petri, sedem. Quæ omnia eo ad duximus, quia ad Petri, atque adeò Ecclesiæ Romanae primatum pertinent.

208. ipse authenticæ littera.] Authenticas (inquit Quintinus) litteras Apostolorum vocat, Apostolorum manus scriptas aut subscriptas, ut ab Vipiano dicuntur authenticæ tabulae, authenticæ rationes, authenticum testamentum, quod distinguatur ab exemplo testamento. 4. ff. Fa. Eccl. l. vlt. ff. de Testamento. Vulgus appellat originalia. Non dubito primarias illas Apostolicas epistolas ab Ecclesiæ incredibili cura & religione fuisse conservatas, tantumque non adoratas, ut etiam facilius durassent annis Tertulliani. Si quidem medij non sunt anni septuaginta inter Neronis imperium, ac regnum Severi, quo Tertullianus florebat. Quin illius ait epistolas Augusti se vidisse, quas Augustus sua manus scriperat, et emendauerat, in c. 13. l. 1. Labebatur (ut minimum) cœfisimis ad scriptis annis; nam fuit illi sub Domitione. Plinius sub Vespasiano manus Tiberii Caii que Gracchorum videt, annos ferè post ducentos, ut sit in lib. 13. c. 12. nat. hif. Tertullianus igitur vidisse potuit. Apostolorum manus, & autographa; saltem suo tempore existabant aliud integrerrima. Neque magnum quid est, quod Plinius de cœfisimis annis refert. In archibus & grammaticalibus Collegiorum, atque ciuitatum publicis usitatis instrumentis trecentorum, & quadringentorum annorum. Sodalitatem nosram sio servare quedam supra quingentorum. Similis est autem locus infra lib. 4. aduers. 1. 1. Videamus (inquit) quod lac à Paulo Corinthiis hauserint, ad quam regulam Galatae sint rectores, quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesij; quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Euangeliū & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt; habemus & Iohannis alumna Ecclesiæ. At qui (uti dicit Macer) non solum per amanuenses, sed & propria manu plerasque Apostoli Pauli epistolas scriptas fugie obstat, 1. Corint. 16. Gal. 6. Colos. 4. Thessal. 3. & Philem. 1.

209. Proxime est tibi Achaia, habes Corinthum.] Sic ex Ms. Vatic. cod. pro: proxima, quis magis ad flumen Tertullianum accedit. Corinthum in Achaia situm patet. Act. cap. 18. ac 19. & 1. Cor. 16. ac 2. Corin. 1. 9. ac 11. Medio autem intervallo (inquit Plinius lib. 4. cap. 4. & 5.) quod Isthmon appellamus, applicata collis, habetur Corinthus colonia, ante Ephyra dicta, sexagesim ab utroque littore stadiis, & summa sua arce que vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pyren., diversa duaria profectus. Achaiae vero prouincia nomen ab Isthmo impi.

210. Si non longè es à Macedonia, habes Philippos.] Etiam hoc patet Act. 16. Et inde (inquit) venimus Philippos: quæ est prima pars Macedoniae ciuitas colonia.

211. Si potes in Asiam tēdere, habes Ephesum.] Ipsorum etiam indicatur Apoc. 1. Et mitte (inquit angelus septem Ecclesiæ quæ sunt in Asia, Epheso, &c. Quid haud dubie intelligendum de Asia minore.

212. Si autem Italæ adiaces, habes Romanam, &c.] Vatic. cod. MS. & Quintinus Romanam: sed placet magis illud, eo quod prius etiam sint enarrata tres

ciuitates in una Ecclesia. Atque calumnia Magdenburgensium, qua hinc colligant Romana Ecclesia non nisi in Italia iurisdictionem esse, potest respondere vel ex sola eo quod sequitur: unde nobis quoque auctoritas praestō est; nobis, inquam, aut Catholicis omnibus, aut certè Africanis, qua nepe (ut i interpretatur Macer) nostras Ecclesiæ defensimus. Quare recte Quintinus: Ecclesia Romana (inquit) mox ut instituta fuit, auctoritas ante omnes, & per omnes aquæ gentes, maxima semper existit, etiam gentium Regibus, quos persecutores habebat, eidem multum deferentibus; quod ex historia, quam de Samotraciæ peruerstante retuli, circa finem versus ultimi. Si vero quis non paruerit, in Proemio dictæ Synodi Gangrenensis, apparat: Hunicus Attila, Genericus Vandalo, Totila Goticus, impietatum faces, & Flagella Dei vere muncipata, nullo tamen non sunt honore dignati Pontifices Virbi. Illi duo Leonem primum circiter annum Domini 450. Ultimum Pelagum quoque primum, anno Domini 556. Quis reuenerter loquatur hic Tertullianus de Romana sede, videmus. Cyprianus hanc postea nominavit Ecclesiæ principalem, unde sacerdotia unitas exorta est, epist. 3. lib. 1. que in nostra editione est 55. Et cunctos ex Africa nauigantes portabatur, ut Ecclesia Catholica matrem, & radicem Romanam tenet ac agnoscere, epist. 8. lib. 4. nunc 45. Hæc Africa de Roma sensit. Ireneus vero prior, pro sua Gallia non minus magnificum testimonium reddidit Ecclesiæ Romanae, in c. 3. 1. quod superius iam citauimus in c. 32. Irenei verba sunt: Maxime & antiquissime, & omnibus cognitis, & glorijsimis duabus Apostolis Petro & Paulo fundata & constituta Ecclesia, can quam habet ab Apostolis traditionem, & adnuntiatam hominibus fidem, per successionem Episcoporum peruenientem usque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoque modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, preterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiæ, propter potestorem principaliatatem, necesse est omnem conuincire Ecclesiæ, hoc est, eos qui sunt undique fidiles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conseruata est ea, que est ab Apostolis traditio. Hæc Ireneus. Si non creditur his, et antiquitate maxima (fluxerunt anni pliisve minisive, mile quadrigeniti) sic & vita sanctitate summa suscipiendis & adorandis viris, fratribus producerent turbam sanctissimorum clarissimorum, quæ postea scriptorum, qui maioribus concinunt, & pro constantissimo tradunt, quod ab ipsis accepérunt, Petrum Rome crucifixum, Paulum decollatum. Denique Romanæ caput omnium Ecclesiæ, qualem Iustinianus agnoscit, & obique predicauit, epist. inter claras, c. de Summa Trinitate. Et certè maiores illi vixi penè prodiérunt, ut meritè credendum sit eis. Ireneus (quod superius adnotabamus) scribēbat anno Christi 177. dum Romæ presideret Eleutherius. Petrus & Paulus ultimo Neronis anno pax sunt: hoc est, anno post Christum resurgentem 39. post natum 69. Sic ab Apostolorum martyrio distabat Ireneus scribens annis tantum 138. nec svenis illa scribēbat. Quadragesimus enim, vel maior, missus est Roman ad Victorem Papam per Ecclesiæ Gallicanam. Quare non toti preterierant anni septuaginta, vel octoginta, quam fuit Apostolus uterque Roma trucidatus. Aliquanto prius Eusebius idem scriperat sub Aniceto & Soteri Pontificibus, circiter annum Domini 169. & 170. Soteri successerat

Qo

JILLIAN,
statonibus
ELLI.

V
6

Eleutherius. Tertullianus ab hoc tempore non bene la-
p̄sis annis virginis docere ceperit in Africa. Recens eras-
igitur in hominibus Apostolici Martyrii memoria.
Neque dubito superfluisse tunc qui viderant, illud ma-
xime; quod hic Tertullianus de sancto Ioanne Euangeliſta memorat, qui propter incredibilia, que per
Aſtiam quotidie fiebant ab eo miracula, fuit ex Epheso
vixi Romam perductus, imperante Domitione.
Sedius ibi loci conuenisse fratres, & in Christi
fide confirmasse, non est has tantum, sic ut Roma
prima suam, perpetuamque fidem debet primis
tribus Apostolis Christi, Petro, Paula, & Ioanni,
qui suo sollemni martyrio sunt eandem Romanos
testati. Demum inſu Domitioni comprehensus Ioan-
nes, ad urbis portas Latinam, tota Roma cum sua
Rege, sc̄dque Senatus spectante, tantam crudelitatem
in hominem iam septuagenario maiorem, in feruentis
olei dolium pridie Nonas Maij demersus est: ubi quin
diu permanefſer illeſus, ad miraculum cunctis stu-
penſibus inde fuit exfractus. Innumerous re tam pro-
digiosa conseruos ad Christum fuisti, & alios in fi-
de corroboratos (quod est verbiſimum) existimemus.
Inde Ioannes ob aſſiduum verbi diuini testimonium
(Roma ſimil & Epheso ſibi interdictis) relegatus
est in Insulam Pathmon, circa finem Imperij tan-
tera belice Domitioni, ut Irenaeus teſtatur, quem re-
fert Eusebius in cap. 18. lib. 3. hiftor. Plane ſuper-
fites erant inter fratres non pauci, qui Ioannem vide-
rant in dolio. Iam Phanaticus aliquis heri natus, &
a cunis ebrius totus, ex oculis necis quo ſuo caput ef-
ferens astuari, contra sanctissimos & purissimos, &
antiquissimos iſos ſacrarum rerum tractatores atque
scriptores (quorum testimonia hic citantur num. 207.
208. 213. & 214.) exhalans eructus Petrum non fu-
ſe Romæ, Babylonem eſſe Romanam Eccleſiam, mere-
tricem ſedentem ſuper talentum, cathedram peſtilentia,
& alia nefanda, que de triumphatis in orbem runc
urbis incredibili magnitudine, miſcellaneaque gentium
confiſſione, vel de Romano ipſo prediſcuntur, & in
dies magis, magisque vera videntur, Imperio, quod
eft illa terribilis & abhorrenda beſtia quarta, Da-
niel. cap. 7. in Ioan. Apocalyp. rufus designatum.
Quæ ſi quis in Eccleſiam Romanam torquas &
ewonat, nauſeante totus tuus ad has putidissimas Me-
phitis ſubueritius ſtomachus? Si non iam certe praecor-
dis es infectissimus & corruptiſimo corde, ſalutis que
deperditissime. Eadem ille.

213. Statu felix Eccleſia.] Sic nunc primū
legimus ex ead. Vatic. adiuentes vocem Stati.
Atque magna (inquit in Adnotationib. Rhenanus) laus
Eccleſia Romana, quam omnes Veteres ſumme ſunt
venerati. Et in Argumento: Inſigne (inquit) Eppho-
nema, cui ſimile eſt quod haber lib. 4. aduers. Mar-
cionem, verbis nempe ſupracitatis numer. 208. Ex
quibus locis (eiusdem verbis vii pergo) liquet, unde
Apostolici cognomen Pontifici Romano aduenerit. Sed
& in lib. aduers. Præceſan, & aliis item locis non
obſcure ſignificat, quantum valuerit illo queque a no-
Romani Praefatio iudicium, aliquid aut agnoscens
aut reuidentis. Huinc Eccleſia ſemper manuſcripta au-
toritas quantum orbi Christiano profuerit, dum dogma-
tum concordiam ſartam teſtan prefat, ac vndeque pa-
cem conſeruat, hac turbulentia tempora abunde docet.
Que precipue cauſa veteres Imperatores olim moriuit, ut

iftam ſedem El. Constantinus priuilegijs, iuſtifica-
nus, & Gothorum Principes, qui primi ex Germaniā u-
manorum Reges exſtitere, Italia & Provinciarum Do-
mini, atque hos ſequenti Langobardi, pradiu amplio-
mio; Carolus Maginus, Ludovicus Pīus, argu quod
plus Habsburgum, terris ac profana diuine expul-
runt, auxerim, atque ordinarint. Denique in
Rhenanus inſu lib. aduers. Præceſan: vbi Epilo-
pi Romani Tertullian. & litterarum pacis in
reuoſatarum meminit: Adtende (inquit) ſummo
Romani Pontificis auctoritatem, etiam uirum
peribus, dum aliiquid aut recipit aut damat. Enī
illud Ammiani Marcellini lib. 15. de Conſilio Aug-
ſto & Liborio Pontifice: Iam auctoritate, qua
potiores aeterna urbis Epifcopi ſirmari defideri uita-
tur ardentis. Quibus addit etiam verba ipſiſ. 2. in
nai paulante num. 212. à Quintino adlegata, quæ
omniſi huic transcribenda exiftimau contra calum-
niam alteram Magdenburgensem, qua dicunt foliū
dumtaxat hic dici Eccleſiam Romanam, in au-
tem primam, & atque adeo Primum Eccleſia
mania non agnituſ à Tertulliano. Vnde cum e
faciunt tum ſupr̄a verba illa: vnde nobis au-
ritas preſto eſt, tum aduers. Præceſan: reſo-
nit illa litterarum pacis, tum: cathedrali
appellatio, de qua ſupr̄a num. 207. tum quo
quod etiam in hereſin lapſu, Pontificem Manū
Epifcopum Epifcoporum nuncupat, lib. de do-
cita, Tom. 5. inſrā. Et ut id ex Tertulliano de
verbis haberi non poſit, certe ſufficiet deu-
tate ſupradicta B. Irenæus: quem ille maximuſ in
tentia, & deinde B. Cyprianus, etiam à Quin-
tino adnotati loci. Quibus accedit apertissimum in lib.
de Unitate Eccleſie: Primum Petro datus, &
uti ſopr̄a nobis citatus eſt n. 207. Ad quem Quid
locum etiam aliorum Veterum locos ſimiles exi-
do notation. num. 14. ſicut etiam in epif. 4. in
6. 55. num. 27. 35. ac 90. & in epif. 6. in
11. 68. num. 17. 71. num. 19. 72. num. 37.
num. 29. Quarum ſi ipſe etiam verba que repon-
preter Neotericos. Autores ibi citati, licet ex
conſulete Fen. - ardentiū in dictis cap. 2. lib. 3.
lib. 7. ubi etiam plura aliquot teſtimoniū pafionis
media atatis & paſteriorum ſaculorum reperiri
atque Caluini aliorumque noſtri temporis leuato-
ri, qui veritate conuicti negare non audire Romani
Epifcopum primum omnium ſacerdotum ſemper huius
fuſſe. Eodem etiam pertinent quecumque a mitem
ſunt Cyprianus & aliorum Patrum teſtimoniū in
capite ſupr̄a num. 207. 208. & 212. & qua uero
gumento ſcripta eſt eruditissima illayſtris. Cardinalis
ſuſi Epifcola.

214. cui totam doctrinam Apofoli cum
ne profuderūt, &c.] Simila locis ad verbum pof-
4. adu. Marc. ſupracitatus eſt n. 208. Infra queque in
piaco adu. Gnoſticos: Vitas (inquit) Celarum legi
orientem fidem Roma primum Nero emulatur.
Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruciſſime
quirit facultatem, cum illic martyris ſententia
generofitate. Aequi eorum martyris Roma
terea meminerunt B. Linus Papa lib. duabus et de
ſcriptis, Clemens Papa non uno in loco, Epifcopi lib. 11

de exid. Hierosolym. Dorotheus in Synopsi, Hieronym. Carol. Scriptor. Eccles. Ambroſius & Augustinus frequentissime, Orosius lib. 7. cap. 6. Eusebius in Chronica & hystor. Eccles. lib. 3. cap. 1. Vnde etiam martyrum genus explicata adserit, quod ad extremum capite deorsum verset, (sic enim perperū cupiebat) Petrus cruci suffixus sit; quo adludis Auctor dicitur: ubi Petrus passioni Domini nec coequatur, quem in hoc imitatur Niciphor. lib. 2. cap. 36. ubi etiam quis supplicio Paulus affectus sit, adserens: Paulum vero (inquit) gladio feriens occidit eadem tempore eadēque die, quod ipsum his verbis significat Auctor: vbi Paulus Ioannis exitu, hoc est, ut recte transfluit Macerens, eodem mortis quo Ioannes Baptista plexus est exitio, nam Auctori usitatam vocem: exitu, pro exitio, supra Tom. 1. adnotauimus lib. ad Scipiolam, cap. 3. ad illud: in illo exitu Byzantino. De quo ad hunc locum adludens haud dubie, in hac verba latius Michael Glyca hyst. sue Byzant. part. 3. Nero (inquit) impuris. Princeps, primus persecuti Christianos, (inquit) impuris. Princeps, primus persecuti Christianos, & duos summos viros interfecit, ut nonnulli quidem historici volunt, uno & eodem die, verum (sicut inter cetera Prudentius) diuersis annis, ut Eusebius autem Pamphilus E. memorie prodidit, & anno eodem, & eadem die, Quintilianus Tertullianus, vir apud Romanos dilectus, & Causa scriptor Ecclesiasticus, & Dionysius Corinthi Episcopus, simul & eodem tempore Petrum & Paulum Martirio suo doctrinam Christianam obigantibus scribunt, anno videlicet Imperij Novum xii. aut, et ali. xiii. scilicet anno Imperij eius ultimo. Quid? quod etiam ante illos Niciphorus huc adludere videretur, quam dicit lib. 2. cap. 37. hac verba, quia in genere tantummodo Euseb. lib. 3. cap. 24. hystoriarum monumentis, & Tertulliano adscribit: & Paulus quidem Roma capit plexus, Petrus autem crucifixus esse eodem tempore traduntur; quorum denique uterque Caius & Dionysius Corinthiorum modo citatorum etiam ipsa verba adlegant.

215. vbi Apostolus Iohannes, posteaquam in oleum igneum demersus, &c.] Addit. Apostolus ad distinctionem Iohannis Baptista, de quo prius, Apud hunc adludit B. Hieronym. lib. 1. aduers. Iohann. Refert (inquit) Tertullianus, quod a Nerone missus Iohannes Euangelista in ferenienti olei dolium, puror & vegetor exierit, quam intrauerit. Quod pertinet etiam illud ciusdem de Iohanne in Matth. cap. 20. sed si legamus Ecclesiasticas historias, in quibus sicut quod ipse proper martyrium sit missus in ferenienti olei dolium, & inde ad suscipiendum coronam Christi athleta processerit, statimque relegatus sit in Patimon insulam, videbimus martyrio animum non diffuisse, & bibisse Iohannem calorem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licer perseruent non fuderit sanguinem. Legimus autem cum MS. Vat. cod. quid dixerit, pro didicerit, & addimus: quid tertio loco: quid cum Africanis, &c.

216. aqua signat spiritu sancto vestit, Eucharistica pascit.] Primum hoc Baptismi, secundum Confirmationis, tertium Eucharistia, Sacramentorum efficientiam significat, de quibus mox latius c. 40.

217. martyrio exhortatur.] Vat. MS. cod. & Quintinus martyrium, sed illud placet. Eius autem etiam factum memor Auctor propter refragatores martyrorum Gnosticos; aduersus quos scriptum est quod infra est Scorpicon.

218. de papauere fici, &c.] Quod Varro de re Rust. lib. 1. cap. 4. jemen vocat & granum, hic Auctori peculiariter papauere fici dixit. De caprifrico denique, id est fico filuestris, vide Plinium lib. 15. c. 19. At qui sic que sequuntur, distinguo: degeneres veritatis (adiectiva enim cum Genitius solet Auctor coniungere) grano & mendacio filuestres, sive, uti Quintinus, grano mendaci, est enim perinde.

CAP. XXXVII.

219. Sic hæc ita se habent, &c.] Hoc caput inscribimus: Quum scripturae Christianorum sint, & hæreticis alienæ, minimè ex illis cum hereticis disputandum. De quo latius supra c. 15. sicuti etiam cap. 21. de Regula fidei (nempè eadem), de qua cap. 13. quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit. Legimus enim omnino accepit, pro, tradidit. Item: ad incundam de scripturis prouocationem ex MS. Anglo, pro eo quod substituerat Rhenanus ad eandem. Super quo monet Quintinus: Tertulliani (inquit) sententiam diligenter obserua. Heretici non à Catholicorum scripturarum fide prouenit, sed à privata superbi cuiusdam hominis persuasione, qui credere sic vel sic elegit, in opinionem suam detorquens scripturas, & non se scripturis obedientes subiiciens. Cum talibus ergo non est de scripturis aliquid agendum vel tractandum.

220. fine scripturis.] Reddit rationem Rhenanus, quia carent scripturis propriis nempè. Ego vero refero ad probationem sine scripturis; quippe quum Auctor nullis ad hoc scripturis vitatur sed solummodo ea praesertim que sequuntur.

221. Si enim heretici sunt, Christiani esse non possunt.] Similiter dixit supra cap. 7. Quid hæretici & Christiani? & 14. quum autem nondum crediderunt, non sunt Christiani. & 16. scilicet quia non est Christianus. Similes autem locos reperire est BB. Cypriani lib. de Visitat. Eccles. & Hieronymi initio libri contra Luciferianos. Quare & Theodosius Iunior ac Valentianus tertius Legionis tulerunt, (que ex hac leg. 6. cap. de hereticis) quia verant hæretici Christianorum nomine vti. sed ab Auctore sceleris quod sequuntur, nomen sortiri volunt.

222. quid in meo agitis non mei, &c.] Tertullianus (inquit Quintinus) ubique se in Iure prodit exercitatisnum facit. Ipsima Iuris verba sunt: Quid in meo agitis, quid seminatis, quid pascitis in die non? Cur limites, hoc est terminus meos moues? fontes meos, aquam scilicet meam transflueris? Cur syluam meam cadis? mea pollesto, prior posideo. Legi autem hic: mea est pollesto, quid priori loco filius pretermisit Quintinus. Pulcre autem adnotat Rhenanus omnia illa esse invidentium, & aliena bona occupantium.

223. habeo origines firmas ab ipsis auctoriibus.] Auctor (inquit idem Quintinus) apud Iureconsultos dicitur is, cuius res erat, a quo rem nobis emimus, aut alio modo quoque habemus. Hinc Auctorem laudare, auctori denuntiare, & auctoritas, ipsam iuxta Dominum. Instrumentum auctoritatis, id est, venditionis. Venditor est auctoritatis obligatus. Quae vero sequuntur, pura sunt ultimarum voluntatum seu testa-

Oo ij

JLLIAN,
statonibus
ELLI.

V
6

mentorum verba, Testamento cauere, fidei committere, exhaeredare, &c. Quibus adde etia: adiurare; nam & heredes adiurari solent ad testamenti executionem, & abdicare. Aequi de fideicommisso laetus supra l. ad Psorem c. i. n. 6.

C. A. P. XXXVIII.

224. Illic igitur & Scripturarum, & expositionum adulteratio, &c.] Capit. huius, quod materia eiusdem respectu paulo prius incipimus quam Quintinus, hic est titulus: Quid scripturarum & expositionum adulteratio hereticis, non catholicis tribuenda sit. Aequi etiam phrasis est Inreconsultorum: instrumenta doctrinæ, sicut & corruptela instrumentorum.

225. detractio[n]e, vel adiectione vel transmutatione.] Hic tres modos commemorat, quibus adulterare scripturas solent heretici: de quibus latius supra cap. 17. n. 105. Aequi illud: Quod lumen, hoc lumen, &c. sic interpretatur Macerius: Nam proficit nobiscum scriptura fidem, professionem & viuendi modam, idque ex quo ille initium copierunt, etiam antequam aliter viveretur aut crederetur quam nos viuimus aut credimus.

226. antequam interpolarentur.] Interpolare (inquit Quintinus) est formam nouam veteri ciupiam rei dare. Vestimenta nova, & vestimenta interpolata siue interpolata opponuntur in Romanorum Legibus l. 45. De contrah. emp. l. 37. De adl. ed. ff. Hinc interpolatio, id est, antiqua forma renouata & immutatio. Scriptura interpolantur, quando lectio quipiam noua & insolita proponitur, in Ecclesia non assuet, vel sensu aliis adseritur, quem prius catholica non audierit, nec admisit Ecclesia. Qui pro ineffabili Deo, vel angelo, lumen dicit, aut Genium, similitique transformat, informiter scripturam interpolat. Omnium tamen deformissime, qui verbum veritatis & substantialis, acque realis existentia, refert cum nefanda sensus inuestione ad exterrit quoddam rei signum seu significatum: Hoc est corpus meum: id est, significat. Apostolos non satius eruditos fuisse, neque disertos credunt, ad tradenda nobis mysteria, docendaque sera que didicerant a Christo; propterea verborum proprietates, quin & ipsa verba communant ac transponunt. Quidam quidam trahiderunt atque docuerunt Apostoli (sic autem:) Hos tamen adiuuandi vel suppundi, vel etiam corrigeendi gratia (pritorum cuiusdam lures in istar) introducunt alias sacramentarum formas, & novos fidei traditæ modos. Modos autem tres interpolandi iam premisit. Addit max & alios duos: Alius manu scripturas, aliis sensu expositiones interuerit.

227. veniens utique ex causa amulationis.] Ideo (inquit Quintinus) Tertullianus adserit hic hereticos amulari Apostolos, hoc est, ambitione plusquam satanica te nare, & conari per temeritatem propriam facere, quod Apostoli, Christo subente, fecerant in sacramentis Christianæ religionis instituendis. Et quia se superiores Apostolis videbant esse humana sapientia, verbis, in noua fidei regula docenda nollebant inferiores haberi quoniam dicuntur Apostolos amulari. Quod autem quis amulatur, id anterus est, & amulatorem praedit, & verus est quod interpolatur. Ergo traditiones Apostolice procedunt amulatores & interpolatores ipsos. Igitur illa verisimilis. Fictitium est quicquid postea sequuntur est. Hec sincere Catholica Tertullianus sententia,

propter quam explicandam paulo longius digredi malumsum est.

228. Neque enim si Valentinus, &c.] Diuina sunt (inquit idem Quintinus) sive ducas hanc starcarum sententia circa Biblia & sanctas scripturas admittendas, de quibus commodius in tractanda horum historia dicetur. Marcion de vetere Testamento recipiebat, & de novo quedam decerpserat, in duabus libris decerpserat, ex Evangelio Luca, recensit dicit, & ex aliquibus Epistolis Pauli Apoloni, refutans et offi quisquid sua doctrina non convenirebat. Hoc est immixtum dubio negare. Propterea dicitur hic quod Marcion mercatura confecit cedem scripturarum. Vi falsa aperta & publica de medio repulit scripturas. Machina enim est gladium magnum, & plane bellum. Stylos istos est parva citiusdiam columnæ, amminatu, & hinc mucronem. quo cultelli genere vultus est camillus Valentinus in scripturis omnibus configuit quarum paraphraseret quam pro libitu suo ageret, sed non proponebat, quod scripturæ suis non comprehensum est. Stylo dicitur Vetus in aufersendis scripturis. Interpolator vero (ut hic scias nonnulli duci metaphoris) est ipsa structura sermonis & orationis. Ad ea cum Rhenanus, quas scripturas de Instrumentis suis dicit, nempe Acta Apostolorum, Apocalypsis, Evangelii & Paulinarum Epistolarum partem.

C. A. P. XXXIX.

229. Hac sunt ingenia, &c.] Huius descriptionem fecimus: Quid in hoc Virgilio somnas et Homero cetonas intendent hareretici. Intendatur autem B. Ireneus (quod etiam transpositio phanini) qui Valentini fabulas lib. 1. cap. 1. adcepit. Homero cetonas appellat. Vt enim Homero cetonibus Tragici, sic variis scripturis sacra dentur fons abutuntur ad sua figura heretici. Verum de his n. 231. & 234.

230. de spiritualibus nequitie, &c.] Teneatque Quintinus) Ephesios armari inbet armatur contra spiritualia nequitie in calibibus, Ezechiel ultimus. Vocat autem spiritualia nequitie in calibus aerios quosdam malignos spiritus, vocati uel ueludos arque potentes. Per diuinum etiam calum, non autem quidam feruntur in aere habitu, monia, vocantur hic spiritualia nequitie nostri spiritibus. Quod Ambrosius alioibi explicare non inuitus ac dicit: Edversus nequitie spiritum. Mentio fit de quadruplicem in scriptura spiritualibus his intelligimus: è summo calo (de quo Dominus Esaiah c. 66. Calum mihi thronus est praeceptum in aera, alios in terram. Apóstolus in 1 Corin. 15. 49. & fraudes, è quibus hereticorum ingentie proceduntur, & cerque, Tertullianus adserit hic in sego. Autem spiritus, rudentibus inferni distractus in terram tradidit Deus cruciandos, 2. Pet. 2. Inferi sunt ipsi subterranei spiritus.

231. Vis hodie ex Virgilio fabulam, &c.] Intimus: Vides, sed reliqui omnes rectius illud. Sive vellegas: in totum, an simpliciter: totum aliam, primam additionem, perinde est. Ifud tenet postulatum cum Rhenano, qui figuram esse Graecam adserat, quod stylus est Tertullianus. Qui subiungit: Circumscriptus (inquit) Proba Falcone titulo opusculis huius generis ex Virgilio concinnatum (etiam excusum Balloren. 1572. & alterum ex Homero incerti. Autem Glaucus quod opusculum

etiam Probe vindicare conantur. Refert etiam B. Isidorus Hispalensis, Pomponium quemdam nobilem Poetam consumit studio multa ex Virgilianis versibus adunasse, ut adnotat Sextus Senensis in Euang. Bibl. sancte lib.

4. Verum de omnibus his B. Hieronym. Prologo ad Paulinum in Bibliis: Quasi (inquit) non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas, ac non sic etiam Mavem sine Christo postius dicere Christianum, quia scriperit:

Iam reddit & Virgo, redeunt Saturnia regna;

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Et patrem loquentes ad filium:

Nate mea vires, mea magna potentia solus.

Et post verba Salvatoris in cruce:

Talia præstabat memorans, fixisque manebat.

Puerilia sunt haec (unde & fabulam Author vocat) & Circulorum ludo similia. Atque adeò recte etiam datur scriptum illud Falconia tamquam Apocryphum (ut ante me adnotauit Quintinus) cap. Sancti Romana Ech. dif. 15. quod Decretum est S. Gelasij Pape. I. Ad matrem tolerabilorem esse Authorum, qui Theodosij sui puprias (diu tamen post Tertullianum, contra quem pofentit) hoc otiose compilatione generi celebravit, etiam p[ro]p[ri]is cum p[ro]p[ri]is congressum, Virgilij metris exhibens.

232. Denique Ouidius Geta Medeam Tragediam, &c. Prima editione legebat Rhenanus Ouidius; cui conuenit Politianus, hunc locum citans, antequam exiuit e[st]et. Miscell. l. i. c. 59. dicens eam laudari à Tacito & Quintiliano: quin etiam Gesnerus in Biblioth. & Lyphantes ac Smilerna in Epitome eiusdem, Ouidio Medeam Tragediam adscribunt; item Libellum de laudibus Cesaris, lingua Getica conscriptum: unde non mirum si Geta vocetur ab Auctore, maxime quam in libris Tripli & de Ponto confit illum exulaesse in humo Geticab[us] & facit littoris Getici mentionem. Quo[rum] etiam actuit magis MS. Vatic. cod. lectio: Offidius. Solum hoc videatur vestare, quod etiam adnotat Politianus, mirum videtur quod Ouidius Virgilio coetaneus, ex eo Medeam Tragediam expressisset. Sed quidni id facheret, qui argumentum librorum Aeneidos 10. versibus expresserit, quantumunque illum fecerit, hac prefaciunctula indicat:

Quantum Virgilius magno concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Nafo Poëta meo.
Iacobus Tacitus est Dialogo de Claris Oratoribus: Nec ullus (inquit) sibi aut Messale liber tam illius est, quam Medea Ouidij, aut Varii Thyestes. Quare non placet vulgariter lectio Ovidius Geta, quam primus substituit Symmachus Gelenius, quantumvis etiam sic legant Quintinus & Maceretus: atque adeò rursus reponit: Ouidius. Nam saltem Ouidij Medeam solum exigitur, & Quintiliano manifestum est. Et vero Ouidij Naso, ac alterius Ouidij Getæ, liberum relinguo Lectori iudicium: hoc unum censeo, si diuersus sit, etiam librum illum Getica Lingua conscriptum, de quo supradicta, non Ouidio Naso adscribendum, sed Ouidio Geta.

233. Meus quidam propinquus ex eodem Poëta, &c.] Operet fuisse hunc etiam Auctorem aliquem insignem, quippe qui dicas explicatum ab eo Ceberis Pinacem (quod nos Latine Tabulam dicimus) inter certa futili uti oia: Hoc est (uti recte interpretatur Maceretus) ob reliquo maioris momenti scriptis ostiatus est. Atque Cebes Thebanus scita Pythagoricus scriptis Dia-

logos tres, è quibus primus Pinax seu Tabula inscriptus, iam sicut in Italia, Gallia, & Germania excusus, & in pictura etiam expressus, in quo depingitur iter ad virtutem & voluptatem, & domus utrinque.

234. Homerocentonas etiam vocare solent.] Supra n. 231. aliquid de his dicere capimus: Nunc hic addimus, ab aliis adscribi potius Eudoxia Inioris Theodorei coniugi, qua (Zonara teste) easdem prius a Patricio quodam inceptis absoluenter, & in ordinem redigerit. Quis liber excusus iam olum fuit Basilee anno 1541. cum dictis Virgiliocentonibus, & possea ab Aldo, Greco dampnata titulo Olympætæcœvæ. Post deinde (inquit) dilectiones & nomina diffissim postea colligentes transferunt; similia facientes in, qui controversias fibimetipps quasi bet proponunt, post deinde canuntur & Homericis versibus meditari eas; ita ut Idiora putent ex illa temporalè declamata contruieris Homerum versus eos fecisse, & multi abducuntur per compotam consequentiam versuum, ne forte hec Homerus fecerit, &c. ubi etiam aliquor Homerocentonas recitat de cane infernali misso ab Euryttheo ad Herculem, quos comprehendit gratia omittimus.

235. more centonario.] Quando quid (inquit Quintinus) ex bene connexis, proboque sibi cohæribus aliqua de re verbis (prosa, carmenve sit, haud refert) in fragmenta quadam disiungitur, atque distractabitur, ex quibus alterius post arguments coniungatur & connectatur oratio, diversi sive prorsus a primi scribentis intentione. Latinis vocari hoc genus consarcinatio, Centonas. Vt puto, metaphoræ, à genere quodam vestis derit, etiam veteris, atque distillat, que variis ac crudib[us] diversorum pannorum assutis postea refaracta est. Hæc nominatur Centon. Orthographiam Græcam non moror, una littera p[ro]ducuntorem. Nam κέντονες dicunt.

236. & vtique fecundior diuina litteratura.] obius est omnibus (inquit idem Quintinus) similes locus in generali B. Hieronymi Bibliorum Praesatione ad Paulinum, cuius initium: Frater Ambrosius, in quo scribit ille: Tace de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint, & sermone composto auctem populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Debunt, nec sine dignitatem quid Prophete, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aperte testimonia, quasi grande sit, ut non utriusquam docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas, &c. uti supra. n. 231. Nos vero ferimus Rhetoricos nescio quos, & admiramus ac laudamus, ubi de Grammaticis sub sellis duos gedes exilierint, ad exercendas quasdam suas phantasias novas, impudenter & impie detorquentes sacratissima verba scripture. Gnosticam pridem legi, qui de cibis, de votis, de Sacramentis, & in summa quicquid ante fuit, & hodie est, controssent, de libris Aug[ustini] frustatis consarcinatas, ut non aliud in Augustino legens, ita dices. Augustinum sensisse loca vero corpora, imposturam detrahens. Viterius adhuc (inquit idem) jam non Scholastæ excurrat, narraboq[ue] vobis ab Epiphanio propositam (sed ab Ireneo sumptam c. l. 1.) sane quam maxime propriam, quamque consenserit, si sim illa rei tan[n]o nefaria comparationem; dicit ille contra Valentianos: Prepotentem quenquam Regem mandare finges, ut sua sibi de gemmis electissimis & pretiosissimis ex primeceretur imago. Per fidos autem gemmarios mox affabre connexis, & invicem complicitis

Oo iii

JLLIAN,
statim in omnibus
ELLI.

V
6

Lapillis; ad viuum sic expressa est; ut omnes in ea regem venerarentur. Artificio postea nostro, neque difficulti, circulator quipiam gemmas illas immutavit, invertit, atque transpositas in canem seu vulpem deformauit, interim vociferans: Hæc Regis imago. Certe qui Regiam nouam formam, præterquam quid non aduentiuntur, Regis inde maiestatem bedi granissime conseruantur, & impostoren querunt ad supplicium, sed interim simpliciores falluntur, ac splendore viso gemmarum, necnon formam sua pretio tam raro, quo perstringantur oculi videntium, facile pro Rego, quicquid adornatum sic est, honorare se debere credunt. Heretici gemmas Evangelicas & Apostolicas in suas Pseudoeangelicas Institutiones, & Catecheses apostaticas, arte simili transfrerunt. In quibus nostris quidem Lapillis regos qui frons, aut oculus erant, os, aut natus loco suo motos agnoscamus, planissimè, sed à sacrosancta Regis effige per execrabilis ipsos inversores, ac teterimos interuersores ad illustrandam sua vulpis, canisve caudam, iactatione plus quam circulatoria, deractos. Iunici, & ab antiquis Ecclesiæ Christi patribus tam religiose commonefactus, istos circumforantes nebulae admirare, qua siga sunt querentes, atque prædicatoris ballestones adrente, & per emendata misere procedentes suffragia (sicut est in scholarum Proverbiis) settare. Salutis homo quisquis es deplorans, qui talia facit, vivens, videns, atque volens, te perditum cupis. Dominus noster Iesus Christus à tā fragro & horribili precipito conservet nos ac retrahat. Amen.

237. ipsas quoque scripturas sic esse, &c. dispolitas, vi hereticis materias subministrarent, &c.] Posteri (inquit idem Quintinus) grata sane & pereleganti Metaphora, que huc respiciat, scripturam vocarunt ceream, eisique cereum nafum dixerunt, quia posset ad libitum quoconque sclecti. Tam facile est enim, immo impius est, ad res profanas & impias præbandas detorquere sanctam scripturam, quam facile est ex pedibus ac semipedibus, aut penthemimeribus Vergilianis, epithalamia seu quidnis aliud, in unum congerere.

C A P . X L .

238. Sed quæritur, à quo intellectus, &c.] Capit. hoc inscribimus: Quod sicuti res Sacramentorum diuinorum Diabolus ænuntiat, ita & sacras scripturas hæretibus attemperat, atque adeò ab Idolatria hæreclis non differant. Atqui inter non numerabiles (inquit Quintinus) spiritualium non-vpias, id est, astutias, fallacias, vestiaras, demique negotias, quibus homines à Deo seducere conantur, una est omnium fallaci. Sima & insidiosissima, dum quicquid Divinum Deus in hominum salutem confitit, inuidus hoc spiritus emulatur, & suos instituit. Hic Tertullianus profert in exemplum tam veteris Testamenti ceremonias, quæ noui Mysteria atque sacramenta, quorum modis & operationes diabolus iste sanno diuinorum Simus operum, exercendis cultibus suis admisceret.

239. ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum, &c.] Que hic Sacraenta diuina, mox Sacraenta Christi nuncupat, ut potè de noui Testamenti Sacramentis agens, de quibus paulopost latius, ubi varias alias eius vocis acceptiones etiam apud ipsum Tertullianum indicauerimus. Alibi enim proprio significatio utitur (Sacramentum enim Feste dicitur), quod iuris-

irandi sacratione interposita geritur) pro invenientia quod Deo in baptismo praefamus, nempe Tom. prædicto lib. ad Martyr. cap. 3. num. 32. lib. de Specie. cap. 24. num. 185. lib. de Cor. milit. itidem num. 3. & vlt. & supra hoc ipso libro, vti num. 12. 6. adnotatum ad lib. de Sacramenti. Deinde pro signo quodlibet ob diueritatem Sacramenti, infra quaque hæc Tom. lib. de Baptis. vbi de eo latius. Deinde pro signo quodlibet sacro, sed quod allegoricum sit, aut figura futurorum duxat. Prioris generis est illud lib. 1. aduers. Mart. in fidei sacramenta. Posterioris illud libri eiusdem. Hoc figurarum sacramenta si tibi diligenter, item quod supra est cap. 11. lib. adu. Iud. Adhuc huius nati sacramentum in Regnorum legimus celebratum, infra lib. 5. adu. Marc. cuius rei figuram extramercamenti interpretatur. Alibi quod proprius hoc accedit, more Scriptura veteri Testamento ejusdam in Sacramentum veritutis, quod Grac 6:2; Ioh 7:17 in Mystero. Idque non solim Christiano, sed etiam etiis & Iudaico, & haeretico. Sicut enim infra lib. 1. adu. Marc. dixit: aridae & ardentes naturæ (sols nesciunt Leones Mithra: scilicet lib. 4. adu. Iud.) ligionis Christianæ Sacramentum, ac 1. de Adu. vider & audit sacramenta; denique supra Tom. 3. Apolog. cap. 19. totius Iudaici sacramentum, ac indecum nostri. Item Scorpiano infra: arcana illa hiereticorum sacramenta; & lib. adu. Valent. cap. 31. Qui tamen sacramentum etiam eludendo prodiderint, vlt. magno nomine sacramento. Et vero etiam si omittamus veteri Legis Sacramenta (qua. B. Apol. non teste in Psal. 73 significabant dimicatae Sacraenta, non vero, ut noua Legis, dabant salutem) potest modo verti à nostro interprete illud Apol. Paul. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores Sacramentorum Dei; præ te quoniam Graeca in Latinâ Coloniae recepta legimus, Mysteria Dei, ut potè ex quo loco peti debet prima Sacramentorum noui Testimenti mentio, quia inde dicuntur interpres Sacramentorum noui Testimenti, & dico res fuisse Apostolos, carinque successores Episcopi, Presbyteros. Quod adhuc haud dubitabit, sicut etiam nominis Mysteri rationem indicans Basilius lib. de spiritali Etio, cap. 23. in hac verba: Ad eundem profecto natus & qui in primordiis Ecclesia certos ritus præcepti Apostoli & Patres, in occulto silentioque Mysteriorum seruauerunt dignitatem. Neq; enim omnino Mysteria quod ad populares aut vulgaris aures afferunt, hæc ratione cur quadam circa scriptum tradita sunt, non ostendit sola acceptas ab iisdem Apostoli plenaria. Sacramentorum formæ nulli dubium est. Hinc factum est quia Grac & quibusdam Latinis Patribus dicunt Apol. Hieria BB. Ambrosto, Basilio, ac Chrysostomo non sensu mystica symbola eidem Basilio hom. 13. ad papulum, in 5. in Numer. aut Mysteriogoria Cyrillo Hiero. Dicitur quinque, à Latinis Patribus vocentur Sacramenta, quemadmodum Tertulliano tum hoc loco, tum in quod Sacramentis separatis infra citabuntur, & E. Optato, Hilario, Ambrosto, Augustino, Propheto Iustini predictis. Quare recte etiam Concil. Nicen. cap. 14. C.

apud Chrysost. variis locis interpres Sacraenta trās-
tulerunt, ubi Graecæ p̄næxa, aut simile quidam,
scoti & apud Dionys. Areopag. Hierarch. Eccl. i. ubi
Sacramentorum nouæ legis a Christo institutionem ab
Apostolis promulgatam insinuat: Nec esset (inquit) præ-
mis illi nostri Sacerdotalis Ordinis duces, quam ex summa
superficiali que Deitate ipsi sancti munere ple-
nitudinem percepissent, & id ipsum deinceps proferre &
propagare à diuina bonitate missi essent, siquicunque ut qui
transfuerint in Deum, posteros ad diuina prosequere paula-
tim cuperent, visibilibus signis coelestia sacramenta
texerunt. Ex quibus prouide verba constat non nuda
esse mysteria seu signa, sed diuina, sed & effecta, id est ca-
lestia diuinæque gratiam conferentes. Ut prouide non
minus, sed iam ab Apostolis ipsis accepta ea Sacramenti
definitio, qua dicitur, non solum ab Augustino Sacra-
mentum visibile signum inuisibilis gratie. Quam
quam interius magis clare vnde Sacramentorum signifi-
cari, quod descripsit parvum ex August. lib. 19. contra
Faustum partim ex B. Cypriano iam olim B. Isidorus Egy-
pti. lib. 6. cap. 18. & post eum Hesychius lib. 1. Inflit.
278. cum Astrologis.] Astrologos (inquit idem) diuinos & ariolos intelligib[us] familiares & amicos habent heretici. Num tibi videretur Astrologus ille ter impius & hereticus est, qui genesim Christi (8. Cal. Ianuarij mensis) retulit ad astra, futurumque dixit Beathanator, morte violenta periretur; quia Drac tom, cum cœlestibus aliis nescio quibus signis, traheret causam, quod ait sinistra prognosticō esse genitissima. Nos hac inter Christianos, & a Christianis, publicari patimur. Num tibi quoque yvnotaxo tempus id videtur (alii putat perior & eleganter, quique plus de fonte Castellu[m] porari) scripture cum sua Latinitate nosus interpolator, qui verba Christi, Marci 14. Filiu quidem hominis erudit, sicut scriptum est de eo: Vt autem homini illi, per quem traditur, sit interpretator, & ad marginem sue novae traductionis interpretamentum suum adscribit (inquietus, & Christum loqui faciens:) Est quidem nihil facile prodi, sed non idcirco feret impune proditor. En[ti] Christi mortem resocat ad fata, sicut Astrologus ad astræ. Totus orbis Gallicus in sanctis, & forniciatur modo post quædam Magum, quo quid hereticus? In suis prognosticis nihil quam rafas, & de rafas loquitur (qua appellatione à scis suis Gnosticos didicit) Ecclesiæ nostra fæcetes intelligens; quibus dum mala vaticinatur, ipsis optat & impetratur, Hierarchiam nostram turbari cupiens; nec enim quicquam (Christo Iesu gratia) de predictis suis accidit. Itaque magna est inter Astrologos & hereticos, atque semper fuit, concordia. Sant enim & ipsi (quamvis non profiteantur) heretici, aut nihil quidem quam sua somnia credentes, & Arbei.

279. cum Philosophis.] Quam bene (inquit idem) Philosophis & hereticis conueniat, in cap. 7. dictum fuit. A Philosophiæ autem didicerunt isti pacem cum quibusvis misere, sicuti proxime legisti.

280. doctrinæ index disciplina est.] Hoc etiam ex MS. Varie. cod. secundam lectionem Quintini & Maccarii, pro eo quod contrario præfus sensu legebatur: Doctrinæ index disciplina, eo quod precedat: de genere conuersationis qualitas fidei aestimari potest. Nam (uti recte adnotat Quintinus) quales magistri, tales sunt

etiam discipuli; mali corvi malum est eum. Doctrinæ nominata docendo, & disciplinam a defendendo.

281. Negant Deum timendum.] Heretici (inquit idem) dum taxat amandum Deum dicunt, Calisto vero timendum, pariter & amandum. Qui simul putant amandum, solimum dicitur iste bonus, quippe qui nemini per suam bonitatem valeat infernatum. Quæ fuit opinio quandam Marcionitarum, multaque Gnosticorum. Vide morum vitaq[ue] dissolute maxima, fulget, exclusi metu damnationis. Hieronymus, copiens illud in 3. cap. 4. Secundum multitudinem nostrorum, sic peccauerunt mibi, & scriptum reliqui, quid huic maximè pertinet: idcirco referam, quamvis p[ro]x[imo] De hereticis facilis intelligentia est, quod quantitas fuerint, tantu[m] magis delinquunt Deo, & gloriantur in populo, & idcirco decipiunt infelices, se penitus comedant, & per dulces sermones deuina[re] mos viduarum. Quam enim viderint aliquis delinq[ue]ntes, aiunt: Nihil aliud querit Deus, nisi fidem nostram, quam si confidieritis, non curat quid agatis, ne enim dicentes, ea iniquitatibus sublent animos, ut non solum non agant penitentiam, nec hanciam sed gaudent in felicitate suis. & ereta cernuntur. Si tempestatis nostræ Gnosti[s]ci suis in congregacionibus & libris eadem scriptitant, atque dicitant, quia heretici; falsus est aliqui Hieronymus, quid enim iuste suo cantant, idem quoque de suis Iona Confunduntur:

Iuppiter esse piu statuit, quodcumque uero. Deus quidem summe bonus est, idéque super omnes amandus. sed etiam summe inuisus est, redemptio que iuxta opera sua; propterea summe timendum, ex timore maxima bona sequuntur in Ecclesiæ carnis qualia per Tertullianum deserviuntur hic. Tempora sunt:

282. adlectio explorata.] Istud respectu licet can. 33. (eodem adorante) qui inde in filio societatem recipiendos avaxp[re]dicti, id est, expediti, diligenter examinari, prout quam remittunt consilium publicum. Verbum uiris est Adlectio, quis in aliquorum catum recipiatur, adserbitur, potius. Adlectio, sicut & origo, cuius fact, & naturam tribuit, ut est in leg. in lib. 3. ff. De in. 2. De exc. l. 10. C.

283. promoto emerita.] Idem (inquit idem) promoueri quod prouochi. Qui vero prouocatur minor ad maius prouochitur, ut est in Hieronymus. Legionis, 93. dist. Sic etiam Latinus dicunt: ad priorem promoueti; & in nostris promoto. prout quam remittunt consilium publicum. Verbum uiris est Adlectio, quis in Episcopatu[m], & aliis in Ecclesiæ prefectori. Ut in de solis emeritis in suis Ecclesiæ Canones præcepit. Nec emeritis. 61. dist. Vnde hic Tertullianus ut emeritam esse debere promotionem, hic est certos ministros esse solis honoribus, ac dignitatem certos. Emeriti milites appellantur, qui militia renunciaverunt. In Iure quoque voti tristitia, 3. 2. 2. ff. De insa. & C. sicuti que sequitur.

284. apparito deuota.] Id est (ut ille adiutor Presbyteri, Diaconi, Hypodiconi, Lettivi, clericorum, & ministrorum qui præsto solene Episcopi) facientes in Ecclesia quid aliud agent, adesse, officiū casu, (in qua) sacrorum ministri per Dei munera factores, & denoti suo Prefuli. Legi dicunt Officij (puta Scribas, viatores & nuncius publicus, & pre-

aque similes) apparere magistrati: propterea vocantur apparitores. Et apparitio, pro apparitoribus in lege quadam legitur: apparitio iudicatia, ut & hic: Episcopalis apparitio, id est, Episcoporum ministri. Similiter autem & istud, & quod sequitur, transfert Macerius in linguam Gallicam.

285. procelio modesta.] Sic legimus ex MS. Vatic. ad Quintino & Macero, pro: moderata. Atque, quando foras (inquit ille) aliquis, & in publicum predicit, non ille solus & priuatus, sed antecedenter, siue sequentibus multis, cum pompa & comitatu longo; Latini dicunt eum procedere, sponsus & sponsa procedunt ad nuptias. Quando mortui cuncti corpus efforatur, apud Comicum procedit funus. Et purpureus imperator ab aula sua procedit, quando cum suis antecambulibus, & aliis circumviro satellitibus & comitibus agreditur a regia. Si & Episcopi insulae Pontificalibus ornatus, pedo pariter & mitra decorata, data cruce precedente, cercis ac facibus praelucens, de templo, seu templi secretario progrediens, quem circumdat undique Clerus, quem sequitur populus, humi precubens ad benedictionem, tunc valde proprie datur ille procedere. August. cap. 8. lib. 2. de cunctis. Dei, circa finem capituli: Ad me currit, ubi sedebam, tam processuras, pauloque post: Procedimus ad populum, plena erat Ecclesia, &c. Frequenter alibi leges: Inde processio venit, acte ipse procedendi, qui debet sibi fastu & superbia fieri. Publicas Litanias, & supplicationes, aperte quoque nunc appellamus. Processiones. In lege quadam Romana, l. 42. ff. De dona inter viri & uxores. Processus viri nominantur, quando vir honorabilis, ac dignitatem exhibetur & augetur. Hoc est: Procedit. Atque aliquid etiam hac de re Rhenano supra diximus lib. ad Vxorem 2. cap. 2. num. 25.

C. A. P. X L I V .

286. Proinde haec apud nos testimonia, &c.] Ita peculiariter caput titulo insignissimum: Quod vel meus futuri iudicij ab hæretibus absterrere nos debeat.

287. qui illam stupraverint adulterio hæretico, virginem traditam à Christo.] Sepè quidem (inquit Quintinus) immo semper ab impuris hæreticis & idolatriis tentata fuit Ecclesia Christi virginitas, sed incorrupta manet, & inviolata virgo, ad eum usque tempora, quibus sacer Apostolorum chorus diversum finem sortitus est, & ea tota generatio preteriit, que dominam speciem suæ ipsius auribus audire morerat, quod Traiano regnante contigit, sub simeon Cleopha filio, Domini consobrino, centum viginti annos antea. Hierosolymis grania passus, demum fuit crucifixus, sub quo etiam Traiano Ioanne vita summis est. Illo primo Apofolico saeculo, qua fuerunt hæretes, latebant, neque palam, dum praesentes adhuc essent Apofolii, quid audebant, aut maltebantur, sed in angulis, & procul ab Apofolis delitescentes gannibabant. Postea vero nihil, effrontes aduersus Ecclesiam Christi, non ansæ sunt adtentare. & percuti loriadu nō dū tū redactū. Et aperto propera iam nudoque capite nihil occultantes, contraversatis predicationem copiunt falsò nominatam scientiam quandam suam predicare. Hec Eusebius apud Eusebium cap. 32. Eccl. hist. lib. 3. Quæ retulit non invenimus, ut intelligamus hoc misero saeculo nostro tam multos emersemus ex avo peritos hæreticos, quia mundi principes atque potentatus demiserunt Episcopos, hoc est:

Quia nunc Ecclesia iam nullos habet Apofolorum successores genuinos. Hinc intelligimus etiam quidnam Tertullianus dicere velit, quem Itupratam scribit ab hæretici Ecclesiam, que quoniam scribebat, anni nondum preterierant integri centum sexaginta (uti ipse adfirmat, lib. de Monogam.) post Apofolorum decepsum, quod etiam superius adnotabamus.

288. Agnoscent suam potius, &c.] Quintin. & MS. Vatic. legunt: Agnoscent, & Quintin. addit: hic, sed placet magis prior lectio: Agnoscent, eo quod praeceps allegabunt, & sequatur: Adiuvant. Legi autem cum Rhenano: quam suorum. Quod rectius interpretatur Macerius de hereticorum magistris, subtilius cum Gelenio partim, & cum Quintino: qui fuos non ante præstruxerunt, quam Rhenanus de Apofolis legens: qui nos ante præstruxerunt. Atque sic in hunc locum scribit Quintinus: Christum, Christique discipulos dicere nequeunt omnibus non denuncasse venturas, & summopere cauendas hæreses esse. Denunciarunt enim quod hereticorum magistri non fecerunt. Hic igitur occasi liceat, d'Episoli vident eorum Doctorum suorum culpam, qui futura pericula non ante viduerunt, & fugienda non admonuerunt.

289. Adiuvant præterea, &c.] Stupendis (inquit idem) & mirabilibus præstigiis hæretici nonnulli circumuenient atque deceptur populos, ut Samarites ille Magus, qui dementasse homines magici artibus suis dicuntur. Act. cap. 8. Menander, atque ceteri, Leges Epiphanius. Quod corundem sectatores in erroris excusationem prætentabant, quasi tantum miraculis ad credendum sufficerent induciti. Frustra sanè defensio, quam Christus ipse reiecit. Cui maximas hac parte gratias debemus, quod in hoc hæreticon tumultu, quo permittit Ecclesiam suam nimis agitari, non item spirituales illius nequities permisit per Gnosticos, ipsarum plani ministros, adi prodigia. Nam, si qui noua docent, etiam noua signa facerent (ut oportet in noua religiosis institutione) de Christi certe fide (nisi alio cum plus multa) actum foret in Gallia nostra; quandoquidem turmatim curvant ad ignotos negotios quos blasphemos, sermone quidem fallaces, opere nullo potentes ostentis atque miraculis destitutos, nulla denique virtute redemptos.

290. Itaque veniam merebuntur.] Et hoc, & quod sequitur tertium genus excusationis hæreticorum, Tertullianus totum per Ieronimam tractat (uti adnotavit etiam Quintin.) Hæreticos ita sapphos fingens excusare, dicerique: Satis sciebamus hæreses futuras, nec hæretica propter hæretiarum prodiga credidimus: attamen ex Euangelio conceptam primam fidem mutauimus, ideo quod & Euangelium suum Deus mutauit, & aliud novum reuelauerit Ebioni, Cerinbo, Marcioni, Valentino, ceterisque, cui noui nunc Euangelio citro venie periculum credimus. Horribiles ac stupendas infidias Satanæ, nihil non mouentis, ut nos à Christo dimoueat. Legimus autem ex cod. Anglico: respondentem Domino, pro: Deo, quia illud magis Christo competit, quem loquentur ad hæreticos hic introduct per Protopopiam. Deinde cum Quintino & Macero verbis aliquo transpositis: & dilectibus meis eadem ad vos prædicare mandaueram, semel Euangelium, & ciuidem regulæ doctrinam Apostolis meis delegaueram, sed quoniam vos non crederetis, libuit mihi, &c.

291. Resurrectionem promiseram, &c.] Rursus vel Macero adnotante, tres has hæreses simul contingunt,

P. 14

JLLIAN,
statim in omnibus
ELLI.

V
6

vi ante hoc libro non solum negantes Resurrectionem carnis, nativitatem Christi ex virginie, & facientes Deum meliorem.

292. Talia capit opinari.] Verbum: capit (inquit Rhenanus) hoc modo solet usurpare; id est, accidit ut alias adhuc opiniones habeant heretici; aut: possunt adhuc alia opinari que exorbitant, ut us verbi: caput, melius exprimatur. l. i. aduers. Marc. Si deprecari capit in creatore. Addit autem ad explicationem Quintinius: Hic adstruit quod perpetuo videamus esse verum. Fieri solet (inquietus) ut qui solum a via veritatis contumaciter aberrarit, in profundissimum bar-

atum mendaciorum deniet, & corravit, & alienum ipsum opinetur ac somniet. In Synodo Gangensi probatur conabar (& non refractionis probatum purum) quod non haereses reu, omnium simul reu est. Hercule plausum nodo (scit est in proverbio) connexae sunt, & collegae simul haereses, non minus arte, quam Sanctorum vulpium cauda. Qui Gnosticus est hoc eis, Simonianus est, Manichaeus est, Arrianus est, Arium est, & quis alius est eo numero. Nihil enim tam impium contenti sunt illi, nihil umquam tam ridiculus seu foliosum mentiri sunt, quod sedatores non habent, & quod a Gnosticis in medium modum non proferatur.

LIBRI DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS
HÆRETICOS PARS ALTERA, QVÆ
inscribi possit de Hæresibus.

CAP. XLV.

293. Sed nunc quidem generaliter actum est à nobis, &c.] Addimus à ex MS. Vatic. cod. Hucusque vero (inquit Quintinus) Tertullianus de Præscriptionibus, id est: Exceptionibus ac defensionibus, quibus Catholicos valeant hereticorum depellere calumnias intentiones, in genere differunt. Speciatum iam singulos proponit Hæreticos Autores, qui quasi iudicio contendere non verebantur in Ecclesiam Christi. Atque adeo alterum quendam eum libellum post hunc subiicit, quo nominatum ad eum suum perstrinxit hereticos, qui seditionis factionibus Ecclesiam Christi vexarent, & vexabant adhuc. Quare & nos prima facie indicabamus distinguendum hunc librum in duos, scilicet sub calcem Argumenti adnotanimus, exemplo Quintini, & initio Rhenani ac Trithemij, qui posteriores hære partem. Librum de Hæretibus inscribunt, maxime quum in MS. Anglico non repertur, & in Vaticano ita à priori distinctus sit, ut etiam anteponatur libro de Præscriptionibus aduersus hæreses. Verum quia nimis abruptione foret exordium: Quorum hæreticorum, & quod etiam Gelenius censebat male reuelsum fuisse hanc partem à præcedenti, maluimus sequi vulgaris editiones, & posteriores etiam ipsas Rhenani, in quibus Adnotationes in priorem libri partem à posterioribus non distinxit. Sufficit (si quis forte in alia sit sententia) hic adnotasse distinctionem, & singulare hæreses numero quodam præteritasse, ut si quis velit, possit citare aut per capita, aut per Hæreticos, exemplum secuti Epiphanius & B. Augustini. Prater quos interius præterea existant qui de hæretibus scripserunt antiquiores, B. Irenæus & Philaster, posteriores verò Theodoretus, Eusebius, Damascenus, B. Isidorus, Hrabanus, Honorius, ac Gratianus, & qui nostra tempestate scripserunt Bernardus Lutzenburgus, & Gabriel Prattulus, qui multum hic me inserviunt; Ego vero etiam hac occasione multos in illos locos restituui. Ad quos etiam, quod ad reliquias hæreticorum blasphemias adinbet, Lectorem remitto: Vti etiam ad Nicolaum Sanderum Angulum de Vifibili monarchia lib. 7, ubi singuli singularium hæreticorum hæresibus Antidotum ex Patribus adponit. Quarum interius eas quae Iudaismi sunt, quatuor nempe, & eas quae post Euangelium insurrexerunt, numero xxxij. sepa-

ratim distinximus. Prinde capiti huic titulatu De Iudaismi hæresibus IIII. Dosithei Samitani, Sadducæorum, Phariseorum, & Herodiorum. Hoc adnotandum autem, antequam dicas gulas hæreses veniam, quod Epiphanius & Damascenus libri de hæresibus ante Christum, quantum præ hæreponant; Barbarismum nempe, ab adamate usque ad Noë; Scythicum, & Noë usque Phalec & Ragau; Hellenisticum sua Grecoam, Saraceni ad Abraham usque, sub qua Philoponius sectus comprehendit; & Iudaismum, ab Iudaismo ad temporibus ad Christum usque quibus addit Epiphanius & Samaritanum faciens 4, eiusdem facti, Gethenos, Sebuos, Essenos, Dojebos, B. Honora lib. de hæresibus, tria dumtaxat, Iudeorum, Pagorum, & qui in Ecclesiam irruperint. Quare ad Hellenismi seu Paganorum hæreses adinbet, vel Epiphanius ac Damascenus quatuor dumtaxat. His sophorum sectas enumerant, nempe: Pythagoreis Peripateticorum, Platonicorum, Stoicorum, Epicureorum, quoniam Honorus, qui Peripateticus & Platonius, Academicos à Platonicis, & Cynici à Epicureis distinguit; addens interius non male Cynistas, quae & Indorum Gymnophila Philiianus recenset infra lib. adu. Marc. quibus aliis orum ibidem meminit, Persarum Magos, & priorum Hierophantas, itidem & Galilæi Doctadas. Sribit autem ferè integrum librum de Anna Tertullian. aduersus Platonicos.

294. etiam specialiter quibusdam respondimus.] Recte hoc interpretatur Maturus, in libro sequenti, quem D. E. HÆRESIBVS adbere licet, ut diximus, sed de libris, quibus ad respondit aduersus hæreses quodam specialiter, ne quis tuto hoc Tomo continentur, quoram catalogus est supra pagina primæ.

295.

Taceo enim Iudaismi hæreses. Post Tertullianum, Iudaismi hæreses responsum exponit Philaster, Epiphanius, Damascenus, & Honorius, in hoc tamen diversi, quod primus 28. alter tertius 8. Autem denique quatuor dumtaxat canunt quantum adparat, ex profilo prætermittens Eusebium, secundam, quod ea, vel Iosepho teste, ceteri fit problemata, & neque hæresis dici posse, quod secundum Eusebium

ex Philone libro de Therapeutis, ad fidem Christi mox conseruuntur, atque adeo primi ex illis Christiani exorti Monachi. Habet id Iosephus tam lib. 2. de Bell. Iudaico cap. 7, tum Antiq. Iudaic. lib. 18. cap. 2. ubi præterea Pharisæorum & Sadduceorum, de quibus mox latius, & quartam Tude Galilei sciam commemorat. Petrus à Philastro 28. Iudaicorum heretici recententur: Ophite, Caiani, Sethiani, Dositheoi, Sadducei, Pharisei, Samaritani, Nazarati, Esseni, Heliognosti, Ranarum cultores, Mysrite, Mysoecaronite, Troglydote, Fortunei cali cultores, Bahalite, Asfarite, Molochite, Tophetare cultores, Piscovita, Serpentes arei cultores, Subterrani, Thamus cultores, Belite, Bahalite, Phytonisse, Abarritore, Herodiani. Ab Epiphanius 7. scribe, Pharisæi, Sadducei, Hemerobaptiste, Offici, Nazarati, Herodiani. Ad am. sceno, Samaritani, Corihenj, Iebusæi, Esseni, Dositheoi, Scribe, Pharisei, Sadducei, Hemerobaptiste, Hosenij, Nazarati, Herodiani. Ab Honoro, Pharisei, Sadducei, Esseni, Marbonat, Genesie, Meriste, Samaritae, Hemerobaptiste. Ab Audredeneque: Dositheoi, Sadducei, Pharisei, Herodiani. Et Iudanico de Institut. cler. Mo. 2. 15. Pharisæi, Sadducei, Esseni, Marbonat, Genesie, Meriste, Samaritae, & Hemerobaptiste. Quos omnes ut in cordium quidam contrahimus, imprimis preter 9. proximi & ultimum Philastri, reliqui sunt portio isolatior quam scilicet Ophite, Caiani, Sethiani post Euangelium ab Autore recententur. Esseni inter hereticos reputandissimis venuant. Samaritani Dositheoi erant discipuli, & minime idem, quemadmodum Corihenj & Iebusæi fuisse Gortheum & Nebnai. Scribe cum Pharisæis intelliguntur. Hemerobaptiste, Hosenij, Nazarati, Marbonat & Meriste, peculiarem quidem hæresim habebat, sed non ita nata; Genesie vero portio schismatis confundi. Certe B. Hieron. Dialog. adu. Lucifer. iudicem penè verbi Autorem imitatur: Taceo (inquit) de Iudaicis hereticis, qui ante adventum Christi legem irridant dispergunt. Quod Dositheus Samaritanorum princeps Prophetas repudiavit. Quod Sadducei ex illius radice naescere, etiam resurrectionem carnis negaverunt, &c. ne hic prolixiores sumus.

296. Dositheum inquit Samaritanum, &c.] Aliud hunc esse existimo à Dositheo, quem inter 7. primis Ecclæsa hereticos recentet Theodoreus fab. heretic. lib. 1. cap. 3. C. (P. Prætesi editio mendosa non sit) etiam Euseb. in quo ego inter im usibil tale repperi. Hunc enim Samaritanum fuisse non modo Author, sed C. B. Hieronym. Did. adu. Lucifer. & Epiphanius ac Damascenus affirman; Philaster Iudanum vocat generali nomine, qui plures etiam eius errores recentet, quomodo & Damascenus, in hoc tamen consentientes cum Ductore & Hieron. quod primus ausus est Prophetas repudiare. Fide plura apud Epiphanium her. 13.

297. Taceo Sadduceos, &c.] Consentunt Astori Iosephus, Philaster, Epiphanius & Damascenus, quod ex Dosithei erroris radice surgentes, ut potè etiam Prophetas repudiantes, item posteriores, quod aut si etiam ad hanc hæresin resurrectionem carnis negare, adentes preter alia à Sadduceo homine Iudeo sic appellatos, immo & à iustitia quam iactabant, Epiphanius & Damascenus, ut potè quoniam Sadducei iustum significet. Patet autem illud de negata Hæresi iustum significet. Porro Pacianus coniungit tamquam primos tres hereticos: Simonem Magum, Menandrum, & Nicolaum.

HÆR. I.

301. primus omnium Simon Magus, &c.] Imprimis primam etiam hæresin post Christum Simonis Magi facit Epiphanius. hæres. 21. vbi hec omnia latissimè tractat, Simmenni oriundum dicens à Githiarum circuitate in Samaria. Similiter etiam Eusebium his. Eccles. lib. 2. cap. 12. post eum Niceph. lib. 2. cap. 14. & ante

Pp iii

JILLIAN,
statu onibus
ELLI.

V
6

CAP. XLVI.

300. Ad eos me conuento, qui ex Euangeliō heretici esse voluerunt, &c.] Caput hoc inscribimus: Dei. II. III. IIII. & V. post Euangeliū hereticis, Simonis Magi, Menandri, Saturnini, Basilidis, & Nicolai: in quo laudabilē, ut & in plerisque sequentibus, B. Irenæi librum primum aduersus hæres. est imitatus, de quibus priusquam ulterius aliquid dicam, iniicienda est hic mentio aliorum quorundam hereticorum, qui ab Apostolo Paulo recententur. Sunt illi: Physellus & Hermogenes, 2. Tim. 1. Hymenæus & Philetus, 2. Tim. 2. de quibus supra cap. 3. item Alexander, qui cum Hymenæo etiam contingitur, 1. Tim. 1. ac Alexander ararius nuncupatur, 2. Tim. 4. qui quoniam eandem sententiam ab Apostolo cum Hymenæo accepit, videtur etiam idem cum illa sensisse: resurrectio non rorundum esse factum. De quo plura reperire est in eius epist. Commentariis, & apud Theodoretum Præst. in Polymorphum, vbi eum fabrum ararium vocat. Deinde Diotrepheus, de quo conqueritur B. Iohannes Apostolus Epist. 3. quod amans Primatum gerere se se non recipere, & plura Ven. Beda. in eius loci Commentario. Porro Pacianus coniungit tamquam primos tres hereticos: Simonem Magum, Menandrum, & Nicolaum.

HÆR. I.

301. primus omnium Simon Magus, &c.] Imprimis primam etiam hæresin post Christum Simonis Magi facit Epiphanius. hæres. 21. vbi hec omnia latissimè tractat, Simmenni oriundum dicens à Githiarum circuitate in Samaria. Similiter etiam Eusebium his. Eccles. lib. 2. cap. 12. post eum Niceph. lib. 2. cap. 14. & ante

Pp iii

hos omnes Ignatius Epist. ad Trallenses, item Cyrillus Hierosol. Catech. 6. Deinde quod paucis Auctoꝝ exprefſit: qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro iustumque sententiam, prolixè ex cap. 8. Auct. prosequuntur B. Irenaeus lib. 1. cap. 20. Epiphanius & Theodoretus. Item quod hic eſt: Hic aulus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum, iuſdem penè verbis ille habet: Ipſe ſe docuit ſublimiſimam virtutem, hoc eſt, cum qui ſi ſi per omnia pater, & Iuſtinere ſe vocari quodcumque eum vocant homines, Deum nemp̄ (veri aperitus habet Cyriſlus Hierosol.) nam hoc eſt quod premiſit: Hic igitur à multis quaſi Deo glorificatus eſt. Idiſum habent etiā Philafrius, Epiphanius, Theodoretus, immo & B. Lucas Act. 8. his verbis: Hic eſt virtus Dei, qua vocatur magna, & B. Hieron. adio. Lucifer. Quod verò mundum ab angelis suis institutum diceret, adſtruunt etiā B. Irenaeus, Philafrius, Epiphanius, Theodoretus, ubi ſuprā: quō accedit etiam Damascenus dicens: Quod Deum mundi effectorem negabat, & Iſidorus Etymol. lib. 8. cap. 5. Honoriuſ & Hrabanus ubi ſuprā, ac Gratianus, dum & hunc errorem adtribuunt: Creatorem non à Deo, ſed à virtute quadam ſuperna creatum, Rurſum quod adſeruerit: à Dæmonē ſe oberrante, qui eſt Tapienſia, defendit; quārendum apud Iudeos, ſe in phantasmate Dei, non paſſum, ſed eſt quaſi paſſum, partim ſic explicat Irenaeus: Doquie ſemetiſum eſt, qui inter Iudeos quaſi filius apparuerit. Et Epiphanius: Error (inquit) illi ſeipſi redarguit. Quoniam enim dixerit, quod ab ipſo facti ſunt angeli per ipſiū intelligentiam, rurſus dixit ſe transformatum eſt per ſingulis calos, ut lateret ipſos in deſcendendo. Clariſſime verò Theodoretus. Mutatum deſcendit, ne ab angelis agnoveretur, qui creationis officium adminiſtrat, & in Iudea tamquam hominem apparuere, quem non eſt homo, & paſſum eſt, quem non eſt paſſus. Quibus quod ad poſteriorē partem adiñer, conſenit etiam B. Auguſt. heres. I. Parò quoniam ipſi erecta fuerit ſtatua Rome, diximus ſuprā Tom. I. Apolog. cap. 13. num. 200. & de Helena ipſius meretrice inſia dicimus, libro de Anima, ubi agi nominatiuſ aduersus opinionem Simoni hereticī. De eadem hereti ſic ſuprā Auctoꝝ cap. 33. Simonianæ autem Magia disciplina angelis ſeruient, utique & ipſa inter idolatrias deputabatur, & a Petro Apoſtolo in iplo Simone damnabatur. Sub Claudio autem & Neroni Caſaribus claruiſſe conſtit. Addit præterea Theodoretus ex hac radice ortos Doſithenos, Cleobanos, Gorthenos, Maſbaethos, Adriacis, Eutychitas, & Canistas, heretici ſeptem. Quorum Eutychitas Clemens Alexandr. Strom. lib. 7. ſub finem, diſtas dicit ex iis que nefarię perpe- trauunt.

H A E R . II.

302. Post hunc Menander diſcipulus eius, &c.] Quod Menander eadem dixerit que Simon ipſe, & quicquid ſe Simon dixerat, hoc ſe Menander eſte dicebat, latius tradant B. Irenaeus lib. 1. cap. 21. Euseb. hiſt. Eccles. lib. 3. cap. 20. Philafrius, Epiphanius, & Theodoretus ubi ſuprā. Conſentiant etiam B. Auguſtinus, Iſidorus, Honoriuſ, Hrabanus, & Gratianus heres. 2. dum illi & eius diſcipuli Menandrianis errorem adtribuunt quod mundus non à Deo, ſed ab angelis conditus fuerit, quod etiam habet Damascenus; ſed (ſe emendati ſint codices) in hoc diſſent ab aliis & Auctore, quod dicit Simonianos id negaffe. Similiter conſir-

mant Philafrius, Epiphanius, & Theodoretus, illa- tem, niſi in nomine ſuo baptizaruſ fuifſer; & mul- tis Antiochiae ſeduxiſſe tradit, ex Apolog. B. Iohanni Martiriſ. Ille autem addit & iſum Samaretanum fuifſe in vico Caparetra ortum, qui ſeclarib⁹ ſuum na- num eis morituros eſſe periuſit. Fugendum eindem Menandrum, & totam collectionem malignitatis can- monet B. Ignatius epift. ad Trallenses. Vixiſſe autem ſi Vespafiano tradit Nœcph. hiſt. Eccles. lib. 3. cap. 12. & ad- uerſus eum ſcripsiſſe dicit Theodoretus B. Iuſtinum Ma- trem, Irenaeum, & poſtea etiam Origenem. ſcrip- tuſe eundem caput integrum Auctoꝝ inſra lib. de An- ma, & alterius capituli partem de vi mortis.

H A E R . III.

303. Secutus eſt post huc & Saturniniſ. &c. Saturniniū patria etiam Antiochenum fuifſe fini Philafrius, ab ea (inquit Irenaeus lib. 1. cap. 22. 14) eſt apud Daphne, addens eum in Syria ſcripsiſſe, quem Saturniniū vocant Epiphanius her. 137 Theodoretus, ac eiusdem etiam meminit B. Hieronim ſuprā. Cuius errores ſequentes partim ipſi, partim ei enumerant. Primum nemp̄: Inſancibilem virtutem id eſt, Deum, in ſummis & illis infinitis poti- & in ſuperioribus manere, longe autem diſ- tes ab hoc angelos inferiores mundum feci, agnouſt Irenaeus, Philafrius, Epiphanius, & Theodo- retus ipſis Irenaei verbis, Auguſtinus, Damascenus, quare adiudiſandum eſt in verione Materie ſententiā & commiſſis membris. Illud verò: Quia ſequitur quidam luminis de ſuſum in inferioribus reſi- ſiſet, ad ſimiſitudinem illius luminis angelicis minem inſtituite curaſe, &c. (ſecondo enim hori- ſem angelos omitti debere inſinuat Macer) alio explicatur ab Irenaeo, Philafrius, Epiphanius, & Theodo- retuſ, in hanc ſententiam: Angelos deſorſum à ſuſu teſtate lucida imagine apparet, quam eum cito- paſſent, eo quod ſtatiuſ recurrerit purum, adiutorio & ſenel ipſos diſcentes: Faciamus hominem à imagine & ſimiſitudinem noſram. Primumq[ue] (ot deuenienti) Tertulliani ipſius verbis utar ex libro de Anima, opus fuifſe futile & inuialidum & inſtabile, re- tra vermis inſtar palpitaffe, quod conſiderente deſcenſit. Dehinc ex misericordia ſumme po- tis, ad cuius eſfigiem nec tamen plene perpen- temerū ſtructus eſſet, ſcintillalum vite conſi- quæ illum exuſſicitarit & exercent, & conſiderante animari, & poſt deſceſsum vite ad matrici- turā ſit. Deinde agnouſt & illud eiusdem: Cetera in ſubſtantia corporis non fuifſe, & paſſantia- tum quaſi paſſum eſt, Philafrius, Epiphanius, & Theodoretus, addentes quod ſeipſum Origenem in adſeruerit. Denique quod diſcreti reſurrectione noſram nullo modo futuram eſſe, colligite ex ſequenti ſecundo errore, ubi dixit: reliqua homini perire po- re & ab illo id non reperiſſet. Sub Adriano autem eum commemoraſt Euseb. hiſt. Eccles. lib. 4. cap. 7. quod non placet, quām quod alijs ſub Traiano cum collocare conſer- fet ſimil capiſſum cum Baſiliode, quem etiam B. Adria- no recentiſ; maxime quām meſum ſententia Theodo- retus & Clement. Alexander. Strom. lib. 7. quād alij, qui Menandri diſcipulum faciunt.

HÆR. IIII.

304. Postea Basiliades hæreticus erupit, &c.] Basiliadem Alexandrinum in Egypso virus suum sparsisse, non modo Eusebii loco tam citato, sed & B. Irenæus scribit l. 1. c. 23. (vbi titulus capituli, cum eo qui erat præcedens, debet communari) negue enim hic, sed ibi de saturnino egit) & meminerunt eiusdem præterea B. Ignatius ubi supra, Formuliana epist. 75. inter opera B. Cyprian. Et nominatum B. Hieron. ad Lucifer, breuibus exprefsi, quod latius Auctor. Tunc Basiliades (inquit) summu Deum nomine Abraxas cum trecentis sexaginta quinque aëditionibus commentatus est; qui & Comment. l. 1. n. Amos, Mithram sub eodem alia litterarum numero ethnici & scribit, quem Basiliades Abraxas portentuoso appellauit nomine. Similiter etiam B.B. Irenæus ubi supra, & Augustinus hæref. 4. per litteras septem Gracias vocis A&B. & explicat illud Auctori: cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. Nam (inquit) a. & B. unum & duo, & a. centum & unum, & c. & a. sexaginta & unum, & c. ducenta faciunt, que sunt in summa cclxv. Ne difflentiant Epiphanius, Theodoretus, & Damascenus, nisi quid legant: Abraxas, ubi eadem sunt etiam Grace littera. Hinc vero patet legi debere: Abraxas tribus in lexi pro quo erat: Abraxan, & Abraxæ, & Abraxa, &: a quo secundum creatam, &c. ubi Latine exprefsi verbum, prouidentiam, virtutem, & sapientiam, que B. Irenæus Logon, Phronesin, Dynam, & Sophiam, secundum quem & Epiphanius, Theodoretus ac Damascenus, omnino etiam lego: Ex illo prouidentiam; ex prouidentia virtutem, & sapientiam. Interpretatur autem Macerens angelorum probolas, primus phalangis partes; nam singulis angelorum ordinibus singulos caelos illi adscribunt paulo apertius & primo & que ad trecentisimum sexagesimum quintum. ubi interim magis probatur, ut dicamus synonyma: ædiones, & probolas; nam sic ab Irenæo frequenter, & Auctore infra l. adu. Præceas accipitur. Porro Irenæus & Philastrius agnoscunt etiam illud: in ultimis quidem angelis, & qui hunc mundum fecerunt, nouissimum ponit Iudeorum Deum, &c. sed latius Epiphanius & Theodoretus. Item & illud: Christum autem venisse in phantafinæ, non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxas missum, Irenæus, quibus preterea adhuc Epiph. ac Theodoretus: sine substantia carnis fuisse. Rursum quod subiungit Auctor: Hunc pafsum à Iudeis (nam sic lego ex MS. Vatic. pro: apud Iudeos) non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse, Irenæum nempe, non ille modo, sed etiam August. Iudor. Hrabanus & Gratianus. Priores etiæ illi agnoscent illud: Martyria negat esse facienda, sed latius. illud denique quod grauita carnis resurrectionem impugnabat, &c. folius Irenæus, quamquam obscurius, dum illi attribuit: Anima soli esse salutem, corpus vero natura corruptibile existere; quod iterum repetit Auctor infra lib. de Refurrect. carnis sub initium. Quæ etiam l. Carm. adu. Marc. pauci hæres in primariam Basiliadis exprefsi:

Tantos esse Deos Basiliades credere iussit,
Quantos & dies annus habet, tot denique mundos.
Cæcum, ut diximus, etiam hic sub Adriano Cæsare
vixit, & aduersus eum scripsit (Eusebii ac Theodoreto testimoniis) Agrippa, cui cognomen Auctor, Irenæus, Clemens Stromatium, id est Alexandrinus, & Origenes. Meminit

etiam filij eius Isidori Theodoretus.

HÆR. V.

305. Alter hæreticus Nicolaus emersit, &c.] Estis quinto hoc hæresis ponatur loco ab omnibus Autribus prædictis, tamen secunda potius fuit, ut post Simoni Mago contemporanea, quam Auctor quidem attribuit Nicolao, qui de septem Diaconis, qui in Actis Apostolorum adlecti sunt, fuit; quemadmodum etiam Philastrius, Epiphanius, Damascenus, & Hieron. ad Ctesiphon. contra Pelagianos, ac epist. de Rebiano lapsi, qui internum aduersus Lucifer, non nisi Nicolaitas commemorat. Longe tamen alter Clemens Alexandrinus Strom. lib. 3. & post eum Euseb. hist. Ecl. l. 3. c. 23. Augus. hæref. 5. Theodoretus hæref. 3. & Niceph. hist. Ecl. l. 3. cap. 15. Nicolau[m] excusant, sed dimittant ab illo dictos Nicolaitas accusant. Hinc puto sic legi debere apud B. Ignatium epist. ad Trallianos: Fugite quoque & immundissimos Nicolaitas, amatores libidinis, malos calumniatores; nam talis non fuit Apostolorum minister Nicolaus. B. demique Irenæus l. 1. c. 7. Honorius, Isidorus, Hrabanus, & Gratianus dubie loquuntur. Certè B. etiam Ioannes Apostolus Apocal. 2. non nisi Nicolaitas fugiendo mandat. Atqui illud: Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis, & quidem tenebra & obfusca fuisse, &c. atque ex ipsis natos, dæmones, & Dæos, & spiritus septem, &c. etiam habent Philastrius, Epiphanius, qui latine prosequuntur illos quidam turpitudinis natos, & quedam ex illis turpiora; que Auctor præterit. Barbara (inquam) quedam Principum nomina, que etiam Damascenus, Augustinus, commemorant. Reliqui vero Irenæus, Clemens, Alexand. Euseb. Theodoretus, Isidorus, Honorius, Hrabanus, & Gratianus, quemadmodum Auctor supra c. 33. Nicolaitas non aliud faciunt, quam adterreos libidinis atque luxuria; iuxta Apostolum Apocal. 2. qui eos comparat tenetibus doctrinam Balam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari. Vixit Nicolaus, ut diximus, Apostolorum tempore, atque adeo Claudius ac Neronis.

CAP. XLVII.

306. Accesserunt his etiam hæretici illi, &c.] Titulum huius capituli facimus: De vi. vii. & viii. hæretibus, Ophitarum, Cainorum & Sethiorum, quas longe post recentem Epiphanius Panarij lib. 1. Tom. 3. Augustinus, Theodoretus, & Damascenus, præter Gnosticos, quos hic primo loco subiungunt illi, illos quidam Augustinus & Epiphanius testibus à Nicolaitis ortos volunt, ut Irenæus, à Carpocrate, quem adeo cum Cerintho & Hebione & reliquo, de quibus infra c. 48. 49. & scilicet ad Cerdonem, utque istis premittunt. B. Irenæus vero adhuc serius, nempe post Marcionem, in titulo c. vlt. l. 1. Ophitas & Cainos collat, nulla facta Sethiorum mentione. Philastrius, ut supra etiam adnotauimus, primo loco Ophitas, Cainos, Sethianos. Reliqui, Isidorus nempe, Honorius, Hrabanus, & Gratianus, Ophitas post Cerinthum ante Valentinianos, & postea Cainos & Sethianos. Quo sit, ut certi nihil de tempore, quo sive hæreses sparserunt, licet definire. Ex eo interim quod Nicolao subiungat Auctor, & August. à Nicolaitis ortos Ophitas scribit, certè eodem pene tempore fuisse constat. Et vero non inter Iudaismi hæreses recentiores, etiam patet ex B. Hieronym. aduers. Luciferian. qui Ophitas inter eos numerat, qui Evangelia lanierunt.

Pp. iiiij

ILLIAN,
statim onibus
CLII.V
6.

H A E R . VI.

307. qui Ophite nuncupantur. Nam serpente, &c.] Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. hos Ophianos nuncupat. Eandem vero nominis Erymologiam reddunt Philastrius, Epiphanius, Augustinus, Isidorus, Honorius, Hrabanus, et Gratianus, quod opus Graecorum serpens seu coluber Latinè dicatur, que Ophite Christo preferabant, & adorabant, quod ingle (inquit) scientia nobis boni & mali originem dedit. Quod etiam adludit B. Irenaeus l. 1. c. 36. supradicto (nam inde id debet incipi, ut constet cum titulo caput in hac verba.) Quidam etiam ipsam Sophiam serpentem factam dicunt; quapropter & contraria exstisfactori Adae, & agnitione hominibus immisisse, & propter hoc diuum serpentem omnium sapientiem. Quibus addit Auctor, ac post eum Epiphanius, & aliam scripturam Num. 21. de serpente aero exaltato, qua morti, ipsum introducebant ad benedicenda Eucharistica tua; ita enim proposito lego, quod non quam neuro & plurali numero Eucharistica legatur, & dicti Epiphanius, Theodoretus, Augustinus, eius loco transferre mysteria, gratiarum actionem, seu oblationes in Eucharistia, quae voces sacrificii magis competunt, quae Eucharistica recte dicuntur, quam simplici Eucharistica. Quod quomodo facerent, sic B. Augusti explicat. Habens (inquit) verum colubrum, quem nutritur & venerantur. Qui & incantante sacerdote egreditur de caverna, & ascendit super altare inmixtum speluncam, & oblationes eorum lambit, & insoluens se circa eas regreditur ad speluncam, & ita confingunt oblationes in Eucharistiam, quasi a serpente Christo, ut illi putant sanctificatas. Que ipsa verba etiam ante me citauit Rhenanus. Porro que hic habet de Ialdabaouth (quod nomen recte interpretatur Feuer-ardens, Patres generans) partim conformia heresi Saturnini, quod ad conditionem hominis adinet, partim noua, B. Irenaeus l. 1. c. 34. Gnosticis, Epiph. her. 25. & 26. Nicolaitis & Gnosticis, item her. 45. Seuerianus tribuit, at idem Epiph. her. 27. cum Tertulliano, Ophitis rursum, quomodo etiam (solo nomine Ialdabaouth omisso) Theodoretus, & Augustinus. Ad quos compendij gratia Leitorem remittimus, quippe qui clariss. explicant quae hic Auctor paulo obcurans, maxime autem ad Ireneum & Epiph. her. 27. qui isdem penè verbis utuntur. Supponit præterea vocari ab auctore totam istius erroris Icenam, quod plures idem sentirent. Quidam dumtaxat adiuciam ad maiorem intellectum necessaria. Igitur illud: omnibus ramen isti Aeonem antestare, cuius sit nomen Ialdabaouth, ita reddit Ireneus: Eum qui à matre primus sit, Ialdabaouth vocare, quare haud dubie etiam apud Epiphianum legere oportet: Et prius genitum esse Ialdabaouth, pro eo quid perperam legitur: posterioris. Deinde alterum Aeonem inferioribus, sive aquis (viri Epiphian.) Aeonem permixtum, ex quo Ialdabaouth conceptus sit, vocant Primum sive Primum. Deinde filios septem interpretatur Epiphianus, cœlos septem sive Aeonas, aut Deos, aut angelos, quos adeo Auctor postmodum virtutes nuncupat & angelos inferiores. Quos interim Ireneus & Theodoretus non omnes filios Ialdabaouth faciunt, sed ex illo ad septenarium usque numerum processisse productiones. Lego autem mox: quem occlusisse superiora dilatarione, pro eo quod erat: dilatatione; nam præcedit conformiter Epiphianus, & que, (quod, pro illum, accipitur) in medietate relictum, extendisse totum. Et quod ab Auctore homo institutus dicitur, ab illius interprete vertitur, formatus; item

excitatus, in pedes erectus, quomodo etiam transfiguratus Maceretus; qui superiora (sicuti etiam ubique legimus cum Vatic. MS. cod. non: superna) celestia interpretatur. Denique illud: Christum non in substantia carnis fuisse, ita intelligendum ex Ireneo & Theodoretis, quid Christum posuerant calixis in lesum descendisse, deinde Christo discedente, in incorrigibilitatem folium lesum passum fuisse. Quod autem salutem carnis sperandum non esse etiam hi dicent, Auctor peculiare est, periculum de hoc infra latius lib. de Resurr. carni.

H A E R . VII.

308. Nec non etiam erupit alia quoque heresis, que dicitur Cainorum, &c.] Supra sic legimus Auctor c. 33. Sunt & nunc alii Nicolaite, Cain heresis dicitur; & infra initio lib. de Baptismo: quodam de Caiana heresi vixerat venenatissima; quodam sit cum Cainorum, in posteriore loco differo. Certe etiam istos Cainos vocant Philastrius, Epiphanius, Augustinus, ac Damascenus; denique Heraclius, Lucifer, dum coniungit Ophitas, Cainos, Carpocratem, Cerinthum, Hezionem, Auctorem quoniam appetat, imitatio Clemens vero Alexander, Stromat. Caianistas, Ireneus magis proprie, vix & Theodoretus, Cainos: quia nomen uno confusa inde omnes derunt, quod Cain magnificabant, sed & ludam proditem defendebant, ut cum Auctore idem sentirent: sed cundum posteriore quam hic refert sententiam propterquam quod Philastrius eam heresi à Caino invenerit, subiungit post Nicolaum & Epiphianum: sed penè verba secundum vrangue. Legimus autem ex MS. Vatic. cod. potestates huius mundi, propterea testates haec.

H A E R . VIII.

309. Sed & illa heresis processit, que dicit Sethioitarum. &c.] Idem Sethiani vocant de Irenaeo, Theodoretus, & Damasceno, dicti à Seth aeterno, qui loco Abelis natus est, quem etiam venerationis tur, testibus Philastrius & Augustinus, qui sententiam rebus repetunt illud: Duo homines ab angelis constitutos, &c. maxime Epiphanius, & multo probanter vero adiudicant haud dubie, dum scribunt quidam potestates, ut dicant Christum Seth fuisse.

C A P . XLVIII.

310. Carcoprates præterea hanc tulit ficti &c.] Inscriptio huic capiti datus: De ix. ad hæresibus post Euangelium, Carcopratis, Carpethi, & Hezionis. Atque has, vix supradictum, scriptores etiam coniungunt, sed illis longe creperunt, quibus capite precedenti auctum est, & suonat illitas & Gnosticos.

H A E R . IX.

311. Vnam esse dicit Virtutem, &c.] Quodam non solum nostro Auctore, sed & B. Ireneus l. 2. 4. August. her. 7. Theodoretus, Damascenus, Isidorus, & Hrabanus, Carcopratiiani à Carcopratis cuntrahuius heresies sectatores, omnino pars legendi, & apud Philastrium, & apud Epiphianum, &c. 25. Carcopratus, non Carcoprasi, maxime quoniam similiter appellatur à Clemente Alexander, Strom. l. 3. Eccl. lib. Eccles. l. 4. c. 7. Hieronym. adu. Lucifer. Haymon lib. 1. Memorabilium, & Nicob. Edes. l. 4. c. 2. Apud dixisse illum: vnam virtutem, ex qua prolabentes mundum condidisse, arguitur Ireneus, Philastrius, Theodoretus. Epiphianus, Augustinus. Et idem cum religio-

Christum natum ex semine Ioseph, hominem tantummodo; item & priores illi, solummodo animam Christi in cœlum receptam, ex quo colligere, tentata animatum sola salute (id est, ut recte interpretatur Macreus, quandoquidem sola anima salus crederetur) nullas corporis resurrectiones. Porro alterum eius errorem de Metemphysis animari, integrum capite refutat Tertullianus infra lib. de Anima, ubi deo latius item de defensu anima à celis, & quod Magus & fornicarius fuerit, atque adeo de incastis & nefandis Carpocratiorum mysteriis, & sociis eius Marcellina. Hoc unum addam, quod Gnosticorum præcipuum Autorem faciant Carpocratem Irenaeus, Epiphanius, Eusebius & Nicophorus, Alexandrinum genere Theodoreus, qui etiam filium eius Epiphanius commemorat, & eodem tempore sub Adriano nemp̄ Imperatore, cū Baslide vixisse scribunt Eusebius & Nicophorus. Aduersus hunc scriptissime Eusebium restatur Haymo.

HAER. X.

312. Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, &c. Usus intelligendum, ut post, non ordinem temporis, sed narrations significet, quem multo ante, & sub Apofolio, eruperint Cerinthi. Nam imprimis Philastrius & Epiphanius dicunt à Cerinthio seditionem motam, dicente Gentes debere circumcidere, contra quam heres Decretum contrarium promulgatum est in primo Concilio Hierosolymitano, Art. 15. & addit Epiphanius, etiam contra hunc scriptam Epif. 1. ad Corinth. ab Apofolio paulo de resurrectione mortuorum. Deinde de B. Apofolitana legimus apud Irenaeum l.3. cap. 3. ex relatione B. Potharii, quod reperiens Cerinthum in balneo, statim interfigerit, quod ipsum etiam transfigerunt (longe a Carpoctatis mentionem) Euseb. 4. hist. Eccl. 22. Theodoreus & Nicophorus l.4. c. 14. & idipsum quidem refut Epiphanius, 30. contraf. sub Traiano de Hebreo, aut potius (uti corrigendum iudice) de Cerintho. Quorum quum nemo aliud narrat, quam vocem Iohannis, Pauli ne balneam corrunt, nescio unde desumpserit Pratulus, quod Eusebium citans, dicit Cerinthum ruituca domini extinxit: à quibus & B. Hieron. aduers. Lucifer, non dissentit, addens insuper Catal. Script. Eccles. quod Iohannes Apofolus rogatus ab Asia Episcopis, aduersus Cerinthum, & maximè tunc Ebioritarum dogma confusus, qui adferabant Christum ante Mariam non fuisse, Euangelium scripsit: Imitatus haud dubie ipse Iren. 3. c. 11. Atque eodem cum Carpocrate errores, de mundo ab angelis instituto, & Christo hominem tantum sine diuinitate, ei attribuerunt Irenaeus l.1.c. 25. Philastrius, Epiphanius, Augustinus, Theodoreus, & Damascenus. Verum illud: Legem ab angelis datam, & Iudeam Deum, cum nemp̄ qui legem dedit, angelum esse enim ex iis qui mundum fecerunt, non Dominum, Epiphanius certe apertius tradit. Attribuunt eadem preterea Augustinus, Theodoreus, Isidorus, Honorius, & Hrabanus, post Eusebium Chiliasmum errorem, & quo quoniam alieni non fuerint, Irenaeus & Tertullianus ex proposito omisso evidenter; scripsierunt interim aduersus eundem Cerinthi errorem Gaius & Dionysius Alexanderius. Quum autē omnes alij Cerinthus & Cerinthiani legit, certe ita etiam caſtigandi sunt Isidorus & Honorius, pr. Cirinthiani à Cirintho.

HAER. XI.

313. Huius successor Hebion fuit, &c.] Successorem Cerinthi Hebionem sine Ebionem, vocant Philastrius ac B. Hieronymus, aduers. Lucifer. quibus

conferente videntur, qui cū Autore Hebionem Cerintho postponuntur, B. Iren. l.1.c. 26. Epiphanius, Augustinus, Damascenus, Isidorus, Honorius, & Hrabanus. Eusebius vero econtrario Hebionem Cerintho preponit, quemadmodum etiam Theodoreus, ac Nicophorus l.3. c. 3. Ut vestit, eodem tempore una cum B. Iohanne Apofolio vixisse utrumque constat ex supradicto testimonio B. Hieronymi Catal. Script. Eccl. sub Traiano nemp̄, post Hierosolymorum excidium, uti Epiphanius tradit. Nomini autem etymologam, ac si dicas mentis inopem, ex Hebreo reddit Eusebius. Porro differentiam, quam hic Hebionis à Cerintho facit Author, quod à Deo dicit mundum, non ab angelis factum, Philastrius constituit inter Carpocratem & Cerinthum: sed emendatos non esse codices, patet ex Irenaeo, qui idipsum Ebioni tribuit, tanquam diversum à Cerinthi hæret. & Hebioni idipsum tribuit etiam Theodoreus. Quod denique Legem proposuerit cum Euangelio, restantur Scriptores ceteri de heresis ad B. Augustinum & Theodoreum usque, ipse Author supra c. 30. & B. Hieron. in 10. c. Isaie, ubi & Milleniariorum hæresin ipse adscribit. De altero eius errore, quod Christus nudus homo fuerit, infra latius l. de Carne Christi, ubi illum Author redarguit.

CAP. XLIX.

314. Valentini autem hæreticus multas introduxit fabulas, &c.] Inscrivimus hoc caput: De xii. XIII. XIV. heretibus post Euangeliū, Valentini, Ptolomæi ac Secundi & Heracleonis. Quos etiam enumerat B. Irenaeus, nemp̄ lib. 1. c. 5. Secundum, ac cap. 6. Ptolomæum, & lib. 1. c. 5. ac lib. 2. c. 4. Valentiniū, quem coniungit cum Ptolomæo & Heracleone, & Marcum cum Colabarciis cap. 8. Philastrius vero etiam ab inuicem distinguunt Ptolomæi, Secundi, Heracleonis, & Marci hæresi, Epiphanius, Augustinus, Damascenus, Secundianos à Ptolomaitis, & Marcosios à Colabarciis & Heracleonitis distinguunt. Quos omnes Collegium Valentiniianorum appellat lib. adu. eos Author verbis max citandas.

HAER. XII.

